
Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

48, - 112.
(LN bis 120)
DA BOK
BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Me ſibi jure
vindicat
A Berendz Flensburgo Cimber
5.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Socraticis commentariis haec pro lege Manilia Ciceronis Oratione illustrata legitur a Hermanno Nicephoro Westphalo – Scholae Sosatensis Rectore. et Rostochii Ao 1605 editam.

Cicero hanc Orationem habuit
anno aetatis suae quadragesimo,
anno urbis conditae 687.
(Teste hujus libri auctore)

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

589

EXPLICATIO ORATIONIS M. T. CICERONIS PRO LEGE MANILIA, VSVM DIAlecticæ, & Rhetoricæ oſtendens, tradita in ſchola Lunæburgenſi,

Ab

ALBERTO LENICERO.



Dedic. HENR. RANZOV

VVITEBERGÆ

Excudebat Clemens Schleich.

Ded. Henr. Ranzau

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

AD STVDIOSVM PVERVM.

DVM leuis æſtiuis ardet feruoribus aër,
Et micat Icarij feruida ſtella canis.
Nos puri fontes gelidæq́ in vallibus vmbræ,
Blandaq́ graminei ceſpitis herba iuuant.
Ergo vt fallamus feruentis temporis æſtum,
Membraq́ iucundum frigus & vnda leuent:
Ad Ciceronis agros & paſcua læta venito,
Quæ circum nitidæ labitur amnis aquæ.
Labitur amnis aquæ gelidæ gratiq́ ſaporis,
Ex quo, qui biberit flumine, Rhetor erit.
Docta, decus vitæ, tibi ſi facundia curæ eſt
Adſis, facundum te Cicero eſſe facit.
Solus homo reliquis animātibus omnibus anteit;
Solus enim lingua, ſolus & ore valet.
Si ſapis. exorna linguam ſermone ſimulq́
Multiplici mentem cognitione tuam.
Hinc decus, hinc ingens naſcetur gloria famæ,
Quæ te per patriæ culmina ſumma vehet.
Inter & eximios ſtatuet Regesq́ ducesq́,
Tantum, crede mihi, lingua diſerta valet.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

NOBILITATE GENERIS, SPLENDORE

maiorum & virtute ampliſsimo viro, Dn. Henrico Rantzouio, D. Iohannis Rantzouij Filio, in Ducatu Regis Daniæ Vicario &c. Suo Domino & Mecœnati plurimùm colendo,

S. D.

PRæclara laus & memoria digniſsimum Philoſophiæ encomion apud Ciceronem lib. 1. Tuſc. Quæſtionum extat: Philoſophia mater omnium bonarum artium, nihil eſt aliud, niſi (vt Plato ait) bonum et inuentum Deorum. Hæc nos primùm ad Deorum cultum, tùm ad modeſtiam, magnitudinemq́ animi erudiuit, eademq́ ab animo tanquam ab oculis caliginem diſpulit, vt omnia ſupera, infera, prima, vltima, media videremus. Hæc, inquam, Philoſophiæ inſignis laus eſt. Quis enim noſtrum adeo rudis & à rerum conſideratione ac naturæ contemplatione alienus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

eſt, qui non libenter fateri cogatur, per
Philoſophiæ ſtudia, particulam diuinæ au-
ræ, mentibus noſtris inſpiratam, &
poſt triſtiſsimum noſtri generis la-
pſum relictam, excitari, augeri & cæle-
ſtis igniculi flammas latè longeq́; ſpargere
lucidiſsimas? Etſi autem multa à Phi-
loſophis acutè diſputata, & ſapienter co-
gitata ac dicta ſunt: tamen & illud ſuum
locum inter hæc omnia meretur, quòd
mundi durationem à principio uſque
ad finem, iuxta præcipuas hominis vires,
in tres ætates diſtribuerunt. Aiunt enim
in prima ætate eam partem animi, quæ
mentis & rationis eſt particeps, & ἡγε-
μονικὴ dicitur, regnaſſe. Hæc pars eſt
ipſa ratio & velut ſenatus ſapiens, & di-
ligens gubernator, Ideoq́; locum ſummum
capitis ſibi ſumpſit in arce, & ab affe-
ctuum tumultu et ſordibus inferioris ven-
tris ſeu culinæ ſeiunctus eſt, ne de rebus
ſacris, aut de communi Reipub. ſalute de-
liberans, turbulentis occupatæ œconomiæ
clamoribus perturbetur. Huic guberna-

tori additæ ſunt noticiæ legis, diſcernentes honeſta & turpia, velut ſapientes, iuſti & fideles conſiliarij, & ſunt æterna norma iuſticiæ ac ſapientiæ diuinæ, iuxta quam vniuerſa vita in hac communi societate hominum, quam diu indumento huius carnis onerati ſunt homines, regi & gubernari debet.

Ad hanc nobiliſsimam humani corporis partem accommodant primum & pulcherrimum Mundi florem ac ſtatum, quo tempore artes à primis partibus inuentæ ſunt. Cum enim Adam ante lapſum aſpiciens totum cœli & terræ opificium, multa intellexerit, quæ poſtea homines acie mentis penetrare non poterant, non dubium eſt, eum ſemina doctrinarum de Deo, de cœli motibus & rebus naſcentibus tradidiſſe poſteris. Neque etiam dubium eſt reliquos patres, qui ante diluuium vixerunt, & aliquantò pòſt, antecelluiſſe toto generi humano ſapientia & virtute. Quo enim propius aberant

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

ab ortu & diuina progenie, vt Cicero ait, eò melius ea, quæ erant vera, cernebant, Nam

——— Non omnia grandior ætas
Quæ fugiamus habet, ſeris venit vſus ab annis.

Deinde ſequitur in corde pars θυμιϛικὴ, quam Deus velut cuſtodem noticiæ diſcernentis iuſta & iniuſta, & ſui iudicij executorem eſſe voluit. Nam vt omnes homines intelligerent, illud ſeptum noticiarum, quo recta à prauis dirimuntur, adeò firmum & conſtans eſſe, vt nulla vi labefactari, nunquam dimoueri loco poßit, (eſt enim non libris inſcriptum, nec in æs inciſum, ſed pectoribus noſtris à natura inditum) addidit Deus in illa media parte horrendum carcerem ſeu ingentes dolores conſcientiæ, qui æterno & immutabili ordine illos comitatur, qui hanc normam iuſtißimam tranſiliunt. Pauoribus enim conſcientiæ nulli cruciatus corporum, quamuis horribiles, conferri & comparari poſſunt, Vt grauißime dicitur:

Conſcia mens ſcelerum pœnas ſub pectore nutrit,
Et tremit & nuſquam tuta manere poteſt.
Conſcia mens ſcelerum ſi cui præcordia rodit,
Sit quamuis audax, nocte dieq́ pauet.

Cum hac potentia θυμικῇ ſecundam Mundi ætatem conferunt, quæ animoſa & bellis gerendis & Imperijs conſtituendis, ornandis ac amplificandis occupata fuit. In hac enim maximis laboribus & contentionibus quatuor Monarchiæ conſtitutæ ſunt: Babylonica, Perſica, Græca & Romana, quarum quantum decus, quod robur, quæ fortitudo fuerit, omnes omnium gentium hiſtoriæ teſtantur. Nihil verò de fortiſsimis trium Monarchiarum, Babylonicæ, Perſicæ & Græcæ bellatoribus dicam. Quis ignorat, quantos labores ſuſtinuerint C. Iulius Cæſar, Pompeius ille Magnus, & alij diuinitus excitati & quaſi è cœlo delapſi Imperatores? E quibus omnibus quanta laude ornetur, quam pleno orationis ſono celebretur Cn: Pompeius, Ciceronis concio pro Lege Maniliana in frequenti Senatus Rom: con-

ſeſſu habita, teſtis eſt certiſsima, Verùm priuſquam hanc commemorationem ingredior, tertia mundi ætas ſubijcienda eſt: Huic Philoſophi eam partem hominis, quæ ἐπιθυμητικὴ dicitur, ſimilem fecerunt, ſeruit enim nutritiuæ ac generatiuæ potentiæ. Nam ſecuta eſt ætas languida, quæ nec ſapientiæ nec virtuti ſtudet, ſed velut eneruata, voluptates & earum inſtrumenta quærit. In hanc poſtremam & delirantem mundi ſenectam noſtra hæc ætas incidit, in qua videmus nullam virtutis aut honeſtatis rationem haberi, nec artes augeri, nec bella pro Eccleſia aut Reipublicæ aris & focis adminiſtrari, ſed turpi crapula, mollitie & omni voluptatum genere non ſolùm corpora eneruari, ſed etiam optima ingenia, Eccleſiæ & Reipublicæ nata, in prima ſtatim meſſe enecari, & magno cum communis ſalutis detrimento concidere.

Hæc conſideratio, à Philoſophorum inſtitutis profecta, bonis mentibus, præ-

ſertim

ſertim literarum ſtudio addictis, grata ac iucunda eſt, meq́ inprimis hoc toto tempore, quo in explicatione orationis Ciceronis pro Lege Manilia verſatus ſum, ſingulari quadam voluptate affecit. Dum enim Cn: Pompeij Magni (hunc enim Cicero præcipuè in hac oratione Quiritibus Romanis commendat) res præclarè ac fortiter geſtas intueor, & ſcientiam rei militaris, virtutes, felicitatem & autoritatem in hoc ſummo Imperatore admiror, non poſſum non affirmare, Pompeium vnum eſſe ex præcipuis Imperatoribus, qui armis imperia conſtituere, regna adminiſtrare, publicam tranquillitatem defendere, & pacem tueri debent. Tales Heroës diuinitùs generi humano conceſſos, Pſalmus ſagittis valida manu contortis, quæ feriunt omnia, eruditè comparat. An non Pompeius terra mariq́ ter totam Aſiam ſpacio paucorum dierum volitat? an non mare nauigationibus Rom: clauſum aperit? & vel ſolo nomine Piratas terga dare cogit? Quid de Mithridate

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

date ac Tigrane regibus potentiſsimis dicam? qui cum Romanis annos 40. πόλεμον ἀκήρυκτον καὶ ἄσπονδον geſſerant, hos Pompeius intra dies quadraginta vicit, bellum confecit & Imperio pacem reſtituit, Omnia ei in hoc bello & alijs multis cedunt, omnia prona ſunt,

Heu pietas, heu priſca fides, inuictaq́ bello
Dextera, non illi quiſquam ſe impunè tuliſſet
Obuius armato, ſeu cum pedes iret in hoſtem,
Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos.

Tales Sagittas & Heroës ſubinde Deus in Imperijs excitauit, quorum virtute latrocinia reprimi, pax & tranquillitas conſtitui, cœleſtes hortuli, id eſt, Eccleſiæ & ſcholæ cum legibus, iudicijs & honeſta diſciplina cōſeruari poſsint, Suntq́; beatæ reſpub. Vt Pſalmus loquitur, quibus tales ſagittæ, quales fuerunt Iulius, Pompeius, Scipio & ſimiles heroici viri, præſunt.

Cum autem, ornatiſsime vir, non ignorem T. A. vt ex equeſtri ordine ac illuſtri nobilitate natam, heroicos noſtri

tempo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

temporis viros animo ſæpius intueri, eosq́ cum illis, quos hiſtoriarum monumenta celebrant, conferre, non volui intermittere, quin hanc Ciceronis orationem de laudibus Pompeij in ſchola noſtra explicatam, ſub patrocinio T. A. in lucem emitterem, quæ eam non rarò de fortitudine Nobiliſſimi Herois & magnanimi Bellatoris, Domini Danielis Rantzouij, amici conſtantiſſimi, commonefaciet. Sit ſanè Scipio clarus, qui Annibalem vicit, ornetur eximia laude Africanus, qui Carthaginem & Numantiam deleuit, habeatur vir egregius L. Paulus victor Perſei, ſit in æterna gloria Marius, anteponatur omnibus Pompeius, tamen ſuus locus & ſua laus noſtris Bellatoribus heroicis, (quibus non immeritò Danielem Rantzouium & ſimiles alios annumeramus) ſuo quodam iure debetur, qui in bellis gerendis hunc finem proſpiciunt optimum, conſtituendas eſſe ac tegendas politias, vt in eis notitia Dei propagetur.

Hanc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Hanc itaq; orationem Ciceronis eiusq́; ſimplicem explicationem coniunctam cum debita obſeruantia & ſubmiſſione, æquo animo T. A. à me accipiat, & ſignificationem mei erga ſe ſtudij boni conſulat. Oro Filium Dei Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, vt te vnà cum tota Rantzouiorum nobiliſſima familia, diu florentem & incolumem conſeruet. Benè vale vir Nobiliſſ. et Eccleſiæ ſtudia tibi commendatiſſima habe.

Luneburgæ die 1. Octob.
Anno 1573.

T. A.

addictiſſ.

Albertus Lenicerus
Scholæ Luneburgenſ.
Rector.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

CANDIDO ET SINCERO LECTORI S. D.

Optimus & ſuauißimus noſtræ ætatis Poëta rectè alicubi de ſcholaſticis ſcriptis cecinit:

Deſinite ò ronchi, non hæc ſine cortice nauti,
Sed pueris autor qualiacunq; dedit.

Idem ego de his puerilibus commonefactionibus in orationem Ciceronis pro Lege Manilia dicere poſſum. Non enim eas oratoribus & in dicendi facultate ſurſum deorſumq; volutatis ingenijs ſcripſimus, ſed illis qui prima Rhetoricæ elementa mediocriter didicerunt, & eorundem vſum in Cicerone deprehendere & cognoſcere cupiunt, vt eò rectius ac facilius ad boni artificis imitationem ſuas orationes componere ac informare poßint. Nam quorſum præcepta mihi, ſi non conceditur vti? Quorſum diſcẽtibus Heſperidum horti, aurea mala oſtendentes, dum à peruigili Dracone cuſtodiuntur, & nullus ad eos acceſſus tutò permittitur? Quicquid igitur adhuc de inuentione & diſpoſitione in Rhetorica tradidimus, in hac Ciceronis oratione, quæ vel per ſe viuum Rhetoricæ exemplar eſſe poteſt, demonſtrare, & tanquam in tabella oculis diſcipulorum noſtrorum ſubijcere voluimus, vt ita præcipuorum præceptionum, quæ ad artem pertinent, verum vſum aſſequerentur. Oro igitur bonos viros, vt candidè de his laboribus iudicent. Iniquis verò Momi iudicijs, quibus nihil ſapit, parũ vel

prorſus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

prorſus nihil mouemur, ſed vt in quædam Epiſtola NaZianZeni, cygni hirundinibus, quod in ſolitudine ipſi canerent obijcientibus venuſtiſſimè reſpondent: εἰ μὴ πολλά, καὶ ἐν πολλοῖς ᾄδομεν· ἀλλ᾽ αὐτὸ δὴ τοῦτο κάλλιστον ἔστιν ἡμῶν, ὅτι μέτρῳ φιλοσοφοῦμεν τὸ μέλος, *ſi non crebrò canimus, nec cantionum noſtrarum multos habemus auditores, hoc ſaltem contenti ſumus, quod noſtra modulatio harmoniam habet & numeros, Ita viro honeſto perinde eſt, quicquid vulgus iudicet, modo propoſiti ſui rationes habeat optimas, & ad normam vocationis congruentes. Vale Lector opt:*

ANALYSIS ORATIONIS PRO LEGE MANILIA, in qua artificium inuentionis & diſpoſitionis oſtenditur.

ORatio eſt generis deliberatiui, continet enim adhortationem, vt Romani Pompeium præ reliquis Imperatoribus ad belli Mithridatici adminiſtrationem eligant.

Exordium ſumitur partim à Perſona Ciceronis, partim à rebus, de quibus dicturus eſt.

Prior pars hoc Syllogiſmo conſtat. Iuuenes non debent ſuſcipere publicas cauſas niſi ſciant ſe ſatis inſtructos eſſe ad illas agendas.

Ego hactenus Iuuenis fui & non ſatis præparatus

ratus ad publicas cauſas agendas. Ergo publicas cauſas nullas adhuc egi, ſed in priuatis amicorum meorum cauſis agendis verſatus ſum, meq; ita ad publicas cauſas agendas præparaui. Cicero vtitur Enthymemate & maiorem omiſit, Minorem vero ſeu Antecedens illuſtrat, primo cauſis quare non temerè in publicum prodeundum ſit, Secundo ſubijcit Antitheſin qua oſtendit ſe ex iudicio ipſius Senatus, quo Prætor declaratus ſit, manifeſtè intelligere, ſuam in cauſis agendis induſtriam Senatui placere, ſeque iam idoneum iudicari, vt ad publicas cauſas agendas accedat, Cum enim communi Senatus populiq; iudicio prætor creatus ſit, officium ſuum requirere dicit, vt quid in præſenti cauſa de imperatore aduerſus Mithridatem mittendo ſtatuat, publicè pronunciet ac declaret. Gaudet autem Cicero ſibi tam copioſam dicendi materiam oblatam eſſe, vtiturq; hoc argumento: Cuicunq; dicendum eſt de Pompeij virtute, illius orationis difficilius eſt exitum inuenire quam principium. Mihi dicendum eſt de Pompeij virtute. Ergo mihi difficilius eſt meæ orationis principium quam exitum inuenire.

DE NARRATIONE.

In narratione iuxta præcepta Rhetoricæ ordine commemorat, primo occaſionem belli ſuſcipiendi, videlicet, quod Mithridates Romanis

Aſiam eripere velit, ideoq; vectigalia & negotiationes ſociorum impediat, Secundo acta recitat, videlicet, quod Equitibus Romanis vectigalia eripiantur, in Bythinia multi vici exuſti ſint, Regnum AriobarZanis in hoſtium eſſe poteſtate, Lucullum ab eo bello diſcedere nec parem eſſe Mithridati, Tertio Euentus recitat, videlicet vnum Pompeium ab omnibus Romanis Imperij ſocijs ad bellum Mithridaticum Imperatorem depoſci atq; expeti.

DE PROPOSITIONE.

Narrationem ſequitur propoſitio, quæ trimembris eſt, partitur enim totam orationem in tria capita. Primo de genere belli, id eſt, de qualitate videlicet, quod ſit neceſſario gerendum, Secundo de magnitudine belli. Tertio de Imperatore deligendo agit.

DE CONFIRMATIONE.

Cum in propoſitione dixerit, ſe de tribus membris in hac Oratione acturum, pergit, vt decebat, in confirmatione hæc tria eodem quo propoſuit ordine, perſequi, prima itaq; pars confirmationis agit de genere belli, hoc eſt, bellum, Mithridaticum tale eſſe, vt neceſſario ſit gerendum, quia alioqui Romani ſalui & incolumes eſſe non poſſint.

Prima autem pars Confirmationis continet

argu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

argumentum ab honeſto & neceſsitate ſumptum, cuius hic eſt Syllogiſmus. In quocunq; bello agitur gloria veſtra, ſalus ſociorum, vectigalia maxima, bona multorum ciuium: illud tale eſt, quod maximè animos veſtros ad id gerendum debet impellere.

In hoc bello Aſiatico ſeu Mithridatico aguntur hæc omnia. Ergo bellum Mithridaticum tale eſt quod maxime, animos veſtros debet inflammare. Minorem probat, & cum in bello Mithridatico quatuor res maximè periclitentur, videlicet primo cuncta Romanorum gloria, Secundo ſalus ſociorum, Tertio vectigalia, Quarto bona multorum ciuium, primo probat, Romanorum gloriam in bello Mithridatico periclitari, vel agi de gloria Romani nominis, vtiturq; Meriſmo in illo bello. Quia I. Mithridates ante annos 23. priuſquam hæc oratio habita eſt, multos ciues Romanos crudeliter trucidauit, II. Mithridates non contentus eſt ſuo Regno, ſed impetum facit in ditionem & Iurisdictionem Romanorum & in luce Aſiæ verſari vult. III. Imperatores Romani fruſtra cum Mithridate contenderunt, nam etſi eum vicerunt, tamen regnauit. IIII. Mithridates ſubinde noua bella aduerſus Romanos ſuſcepit, & maximas claſſes adornauit, ac Romanorum Imperatores hoſtiliter aggreſſus eſt. Ergo bellum aduerſus Mithridatem ſuſcipiendum eſt, vt gloriam fortitudinis

quæ à maioribus vobis relicta eſt tueamini. Cicero hanc concluſionem amplificat argumento à Minori ad Maius.

Veteres Romani ſæpius bella propter res longè leuiores ſuſceperunt, Ergo vos hoc bellum ſuſcipere non dubitetis, in quo gloria Romani nominis periclitatur, Antecedens probat. I. Romani Corinthũ deleuerunt propter legatos iniurioſius tractatos, II. Romani Tarentinis bellum intulerunt propter libertatem eorum nonnihil imminutam. III. Romani ius legationis verbo violatum perſecuti ſunt, vos ergo multo magis Mithridatem perſequi debetis, qui legatum veſtrum crudeli ſupplicio affecit.

Poſtremo hoc membrum, in quo oſtendit agi in bello Mithridatico de gloria Romani nominis concludit. Videte vt gloriam à Maioribus vobis relictam conſeruetis & tueamini.

Prima parte Minoris probata, progreditur ad ſecundam, in qua dixit in bello Mithridatico agi de ſalute ſociorum, quod vt verum eſſe intelligant Romani, probare pergit, Sitq́ hic Syllogiſmus: Bellum in quo periclitatur ſalus ſociorum Romani imperij neceſſario gerendum eſt. In bello Mithridatico periclitatur ſalus ſociorum Imperij Romani. Ergo bellum Mithridaticum neceſſario gerendum eſt.

Minorem probat.

I. Mithridates ex regno expulit Ariobarzanem

nem regem Cappadociæ & ſocium populi Romani, Einen Bundgenoſſen.

II. Mithridates & Tygranes duo potentiſsimi reges toti Aſiæ in qua veſtri ſocij habitant hoſtiliter imminent.

Deinde minorem amplificat tranſitione, ſumpto argumento à petitione ſociorum, qui vno ore ſolum Pompeium bello Mithridatico præfici petunt. Hanc petitionem autem ornat occupatione, q. d. Si volunt ſibi mitti Pompeium, quare non expreſſe petunt. Reſpondet Cicero, non audent petere, quia iam alius Imperator miſſus eſt.

Poſtremo probat concluſionem, ſumpto argumento à Minori ad Maius.

Maiores veſtri nulla iniuria prouocati propter ſocios ſuos grauiſsima bella aduerſus Antiochum, Philippum, Oetolos et Pænos ſuſceperunt. Ergo multo magis vos iniuriam paßi ſocios veſtros tueri debetis.

Hoc ſecundo membro primæ partis confirmationis abſoluto pergit ad tertium, in quo probat, in bello Mithridatico periclitari vectigalia & opes Romanorum. Sitq́ tale Enthymema. Vectigalia veſtra, quæ in Aſia habetis in Mithridatico bello periclitantur, Ergo bellum contra Mithridatem neceſſario ſuſcipiendum eſt, vt hoſtes arceantur.

Antecedens amplificat ratione per collatio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

nem, confert enim Aſiam cum cæteris prouincijs, eamq́ alijs fertiliorem eſſe dicit. Ergo & iuſtum eſt, vt præ reliquis ab hoſtibus defendatur.

Deinde Antecedens alia ratione amplificat. publicani quæſtores & qui vectigalia ſoluunt, omnia ſibi ab hoſtibus metuunt, nec propter hoſtium incurſus vectigalia quærere poſſunt. Ergo ſunt defendendi, vt vectigalia colligere & ſoluere poßint.

Hanc concluſionem amplificat ſumpto argumento ab effectu ſeu metu publicanorum. Nam I. duo potentißimi Reges propè adſunt. II. Vna excurſio equitatus totius anni vectigal aufferre poteſt. III. Publicani ſuas familias in agris magno cum periculo habent. Ergo à calamitate & calamitatis formidine liberandi ſunt.

Hoc tertio membro probato pergit ad quartum videlicet, quod in bello Mithridatico periclitentur bona multorum ciuium. Eſtq́ hoc Enthymema.

In bello Mithridatico periclitantur bona multorum ciuium. Ergo bellum Mithridaticum neceſſario eſt gerendum, ne quid ciues detrimenti capiant. Antecedens probat per μέρισμον. I. Publicani qui ſunt veſtri ciues, ſuas opes in Aſiam, quæ oppugnatur, contulerunt. Ergo ſunt defendendi, quod fieri debere probat, ab vtili à cauſis, & coniugatis.

II. Cæte-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

II. Cæteri quoq; ciues ſuas pecunias in Aſia collacatas habent, Ergo & illi ſunt defendendi, Ratio, quia bona ciuium cum bonis Reipublicæ coniuncta ſunt.

Hoc argumentum amplificat occupatione, Bona ciuium recuperari poſſunt in poſterum per victoriam aduerſus Mithridatem. Ergo non opus eſt ſtatim bellum ſuſcipere, Reſpondet Cicero, principijs obſtandum eſſe, ne ciues ad inopiam redigantur, vt ipſis poſtea facultas deſit exercendi vectigalia.

Deinde probat hoc argumentum, Ratione ab inutili ſumpta: Si ciues non defenduntur, impoſſibile eſt, vt ſuas facultates integras conſeruare poßint, facultatibus ipſorum ſublatis, fidem præſtare nequeunt. Ergo neceſſariò ſunt defendendi.

His quatuor membris primæ partis confirmationis ita probatis, ſubijcit generalem concluſionem. Quare videte, num dubitandum nobis ſit, omni ſtudio ad id bellum incumbere, &c.

SECVNDA PARS CONfirmationis de belli magnitudine.

IN hac ſecunda confirmationis parte recitat argumenta, quibus magnitudinem belli Mithridatici probat.

Primum argumentum à perſona & fortitudine Luculli ſumitur: Bellum quod à forti viro adminiſtratum eſt, & tamen non eſt confectum, reuera magnum eſt.

Lucius Lucullus vir fortiſſimus, adminiſtrauit bellum contra Mithridatem, & tamen non confecit. Ergo hoc bellum reuera eſt magnum.

Minorem probat, & ne in inuidiam L. Luculli veniat, primò vocat eum virum fortem, hominem ſapientiſſimum & Imperatorem magnum. Secundò res geſtas Luculli recitat.

I. Lucullus deleuit copias Mithridatis omnibus rebus inſtructiſſimas. II. Vrbem Cyzicenorum obſidione liberauit. III. Claſſem apud Tenedum pugna nauali ſuperauit. IIII. Multis prælijs hoſtium copias deleuit. V. Aperuit legionibus Romanis Pontū. VI. Sinopen & Amiſum vrbes cepit. VII. Mithridatem regno patrio ſpoliauit, & alijs ſupplicem fieri coëgit.

Huic argumento occupationem ſubijcit, q. d. Quomodo hoc bellum poteſt eſſe magnum, cum Lucullus Mithridatem vicerit, Reſp. Mithridatem quidem victum eſſe & regno expulſum, ſed ſemper ſuas vires recollegiſſe, quam reſponſionem ornat comparatione ſumpta ex fabula de Medæa fugiente patrem ſuum Oetam.

Secundum argumentum, quo probat magnitudinem belli Mithridatici, tale eſt, Bellum in

quo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

quo multæ gentes ſe coniungunt, eſt magnum, In bello Mithridatico multæ gentes ſe aduerſus Romanos coniungunt. Ergo illud bellum eſt magnum &c. Minorem probat, I. Gentes vicinæ ſibi à Romanis metuerunt. II. Gentes vicinæ putabant Romanos ſpoliaturos templum locupletiſsimum, quod fuit in Ponto.

Tertium argumentum, Bellum quod multorum Regum & nationum copijs iuuatur, eſt magnum. Mithridaticum bellum multorum regum & nationum copijs iuuatur, Ergo illud bellum eſt magnum. Minorem probat, I. Cauſis, quia rex Regi ſuccurrere ſolet, & nobiles nobilibus fauent. Sed Cicero præteritione hoc argumentum concludit.

Quartum, Imperatorum mutatio periculum & magnitudinem belli augere ſolet, In bello Mithridatico nouus Imperator conſtituendus eſt. Ergo magnum & periculoſum fiet bellum.

Sequitur concluſio ſecundæ partis confirmationis de belli magnitudine. Ergo perſpicitis quantum bellum illud futurum ſit, quod coniungant Reges potentiſsimi, renouent agitatæ nationes, ſuſcipiant integræ gentes, nouus Imperator veſter accipiet, vetere expulſo exercitu.

TERTIA PARS CONFIRMATIONIS, DE IMPERATORE ELIGENDO.

Primò ponit propoſitionem huius tertiæ partis, videlicet, quod velit deinceps agere de Imperatore ad id bellum deligendo.

Dicit autem Pompeium præ reliquis alijs eligendum eſſe, Idq́; probat hoc Syllogiſmo.

Quicunq́; ſummus Imperator eſt, is bello Mithridatico eſt præficiendus. Pompeius eſt ſummus Imperator. Ergo Pompeius eſt bello Mithridatico præficiendus.

Minorem probat. I. Quia in Pompeio eſt ſcientia rei militaris. II. Virtus. III. Autoritas. IIII. Felicitas. Ex his quatuor boni Imperatoris virtutibus argumenta ſumit, quibus probat Pompeium præ reliquis eſſe eligendum.

Primò ſic argumentatur.

Qui ſcientia rei militaris alijs præſtat, ille præ alijs in Imperatorem eligendus eſt.

Pompeius ſcientia rei militaris alijs præſtat. Ergo etiam in Imperatorem præ alijs eligendus eſt.

Minorem probat: Pompeius ſub fortiſsimis ducibus militauit, & ipſe varia bella geſsit & confecit. Ergo Pompeium in ſcientia rei militaris nihil fugere poteſt.

Antecedens probat.

I. Quia Pompeius fuit Tyro in exercitu patris ſui.

II. Ipſe Adoleſcens natus annos 17. bella geſsit.

III. Sæ-

III. Sæpius victoriam ab hoſtibus reportauit.

IIII. Fortuna illum in varijs bellis exercuit, quæ omnia feliciter confecit.

Secundum argumentum. Pompeius alijs Imperatoribus virtutibus bellicis et togatis præſtat. Ergo præ reliquis in Imperatorem eligendus eſt.

Antecedens probat, & primò oſtendit, bellicas virtutes eſſe in Pompeio, Deinde Togatas ſeu leniores. Bellicæ virtutes ſunt: labor, fortitudo, induſtria, celeritas, conſilium. Has virtutes in Pompeio eſſe ordine probat. 1. Teſtimonio totius Italiæ. 2. Iudicio Siciliæ. 3. Teſtimonio Africæ. 4. Galliæ. 5. Hiſpaniæ. 6. Italiæ iterum. 7. Teſtimonio omni nationum et gentium exterarum. Quod vt verum eſſe oſtendat, exempli loco adducit bellum Piraticum mari à Pompeio feliciter geſtum.

His demonſtratis pergit ad Togatas virtutes Pompeij, vt ſunt: I. Innocentia. II. Temperantia. III. Fides. IIII. Facilitas. V. Ingenium ſeu Prudentia. VI Humanitas. Has virtutes in Pompeio eſſe ordine probat, vt in textu audiemus.

Tertium argumentum. In Pompeio eſt maior autoritas quàm in reliquis Imperatoribus. Ergo Pompeius præ reliquis eligendus eſt dux belli & Imperator. Antecedens probat. I. Magna eſt fama rerum geſtarũ Pompeij, quæ illi autoritatẽ

peperit. II. Eo ipſo die quo Pompeius Imperator belli Piratici deſignatus eſt, magna copia frumentorum eſt allata & nauigationes tutiores eſſe cæperunt. III. Mithridates & Tigranes vbi audiuerunt Pompeium in Aſiam aduentare, vehementer territi & commoti ſunt. IIII. Senatus populusq; Romanus præclara de Pompeio iudicia fecit. V. Omnes piratæ ſe Pompeio dediderunt.

Quartum argumentum à felicitate. In Pompeio eſt egregia felicitas & fortuna. Ergo Pompeio Imperium & exercitum committere debetis.

Antecedens probat. I. A rebus antea feliciter à Pompeio geſtis. II. Commemoratione beneficiorum, quæ dij in vnum Pompeium contulerunt, videlicet quod ipſi ciues aſſenſerint, ſocij obtemperarint, hoſtes obedierint, venti & tempeſtates obſecundarint. Poſtea ſequitur generalis concluſio Tripartitæ confirmationis. Quare cum bellum ita neceſſarium ſit, vt negligi non poßit, &c. quam ornat expolitione in qua ratiocinatur à Minori ad Maius, hoc modo: Si Pompeius hoc tempore priuatus eſſet & non gereret magiſtratum, in Aſia, tamen ad hoc bellum eſſet deligendus. Multo magis igitur mittendus eſt, cum in Aſia ſit, ibiq; exercitum in promptu habeat.

DE

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

DE CONFVTAtione.

Confirmauit Cicero hactenus C. Manilij legem de bello Mithridatico gerendo, & de Pompeio ad id Imperatore ſummo conſtituendo, nunc deinceps in Confutatione *duorum clariſsimorum Oratorum Q. Hortenſij & Q. Catuli aduerſariorum contrarijs rationibus & ſententijs reſpondet. Primò laudat aduerſarios. Deinde quid in illis reprehendat, ingenuè profert, & primò refutat Q. Hortenſij obiectionem, quæ talis fuit:*

Honores in Repub. debent eſſe communes, & non in vnum virum omnes ſunt conferendi. Ergo neq; Pompeio hoc bellum Mithridaticum eſt committendum, quaſi non ſint plures in Repub. quibus hoc bellum committi poſsit. Cicero *reſpondet per inſtantiam. Imò hæc tua obiectio magis contrarijs pop. Romani decretis, quàm argumentis aduerſariorum confirmata eſt.*

Pompeio enim omnia in bello Pyratico commiſſa ſunt, te & alijs refragantibus, eaq; ad ipſum delata ſunt magna cum Reipub. vtilitate. Eſtq; hoc argumentum: Pompeio antea contra quoſdam aduerſarios bellum Pyraticum vtiliter commendatum eſt, Ergo & hoc bellum Mithridaticum illi vtiliter commendari poteſt.

Antecedens probat, exemplo belli Pyratici, quod Pompeio ab Aulo Gabinio commendatum eſt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

eſt, aduerſante Q. Hortenſio, In quo bello Pompeius multa vtilia præſtitit, quæ ordine in textu recitantur.

Deinde huic refutationi ſubijcit appendicem de Gabinio adiungendo Pompeio aduerſus Mithridatem, vt ſit eius legatus,

Obiectione Hortenſij refutata pergit ad Q. Catuli obiectionem, Diuidit autem Q. Catuli obiectionem in duo argumenta. Primo enim dixerat Catulus, bellum Mithridaticum nimis periculoſum eſſe & non tutò vni Pompeio committi poſſe. Secundo dixerat Catulus, nihil faciendum eſſe contra exempla & ſtatuta maiorum.

Primum argumentum Catuli habet hunc Syllogiſmum.

Excellens vir in quo ſalus Reipub. ſita eſt: non temere periculis bellicis obijciendus eſt. Pompeius eſt excellens vir, totiusq́ Reipub. ſalus in illo ſita eſt. Ergo periculis non temere eſt obijciendus.

Cicero reſpondet per Inſtantiam. Imo quo breuior vita hominis eſt & quo quis eſt excellentior, eo magis Reſpub. eo viro & eius vita & virtute vti debet.

Secundum argumentum Catuli.

Contra inſtituta & exempla maiorum nihil noui faciendum eſt. Vni viro videlicet Pomp. omnia mandare eſt contra inſtituta & exempla maiorum. Ergo vni Pompeio omnia non ſunt

mandan-

mandanda, ne & alijs ſuis honoribus priuentur.

Reſpondet Cicero *primo ad Maiorem per diſtinctionem, Nihil noui debet fieri contra exempla & inſtituta maiorum, Scilicet temporibus pacatis & tranquillis, ſed temporibus neceßitatis, cum noui caſus incidunt, licet diſcedere propter ſalutem Reipub. ab inſtitutis maiorum, quod probat* Cicero. *I. Exemplo Scipionis, cui duo bella Punicum & Hiſpanienſe commendata fuerunt. II. Exemplo Marij, cui Imperia contra Iugurtham, Cimbros & Teutones commiſſa ſunt. III. Autoritate maiorum qui ſemper nouis caſibus noua conſilia oppoſuerunt.*

Secundo reſpondet Cicero ad Minorem per Inficiationem hoc modo: Si Pompeius præficiatur bello Mithridatico, nihil noui fieret, Nam & antea vni Pompeio ſæpè alia Imperia vtiliter commiſſa ſunt, quod probat ſex exemplis, vt in textu videbimus.

Tertio reſpondet ad Concluſionem *Syllogiſmi Catuli, & primo reprehendit aduerſarios, Secundo hortatur Quirites, vt in ſua ſententia conſtanter perſeuerent. Vt autem* Cicero *refutationi Hortenſianæ appendicem adiecit, Ita & hoc loco Catulianæ generalem amplificationem annectit, In qua duo agit. Primo repetit ea, quæ antea de Pompeio dixit hoc modo.*

In bello

In bello Aſiatico virtus ſingularis requiritur.

In Pompeio eſt ſingularis virtus. Ergo C. Pompeius Imperator ad bellum Aſiaticum requiritur.

Secundo in illa appendice Hortenſij & Catuli autoritatibus opponit ſummorum virorum autoritates. 1. P. Seruitij. 2. Caij Curionis. 3. C. Lentuli & 4. Caij Caßij, qui ſuadent vt Pompeius dux eligatur.

DE PERORATIONE.

Peroratio huius orationis habet quatuor partes.

I. Laudat voluntatem C. Manilij in ferenda lege de Pompeio eligendo.

II. Hortatur Manilium, vt in ſua ſententia conſtanter permaneat, nec cuiuſquam vim aut minas pertimeſcat.

III. Pollicetur & defert C. Manilio & toti populo Romano omne ſuum ſtudium omnemq́ operam.

IIII. Quarto reddit rationes, quare hanc cauſam ſuſceperit, videlicet, propter ſalutem Reipub. non propter aliquam bonam gratiam, aut priuatas vtilitates.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Hæc eſt Analyſis & Idæa quædam totius Orationis pro lege Manilia, quam ſi iuniores animis concipient, primò hanc Orationem rectius intelligent, & memoria complectentur, Secundò felicius & facilius eam in ſuis exercitijs imitabuntur, & ad vſum transferent.

LAVS POMPEII MAgni, ex libro 7. Plinij.

VErùm ad decus imperij Rom. non ſolùm ad viri vnius pertinet victoriam, Pompeij Magni titulos omnes, triumphosq́ hoc in loco nuncupare: æquato non modo Alexandri Magni rerum fulgore, ſed etiam Herculis propè ac Liberi patris. Igitur Sicilia recuperata, vnde primùm Syllanus in Reipub. cauſa exoriens auſpicatus eſt: Africa verò tota ſubacta, & in ditionem redacta, Magniq́ nomine ſpolio inde capto, eques Rom. (id quod antea nemo) curru triumphali reuectus eſt: & ſtatim ad ſolis occaſum tranſgreſſus, excitatis in Pyrenæo trophæis, oppida D. CCC. *LXXVI. ab Alpibus ad fines Hiſpaniæ vlterioris in ditionem redacta, victoriæ ſuæ aſſcripſit, & maiore animo Sertorium domuit: belloq́ ciuili (quòd omnia externa concutiebat) extincto, iterum triumphales currus eques Ro. induxit, toties imperator antequã miles.*

miles. Poſtea ad tota maria & deinde ſolis ortus miſſus, hos retulit patriæ titulos, more ſacris certaminibus vincentium. Neq; enim ipſi coronantur, ſed patrias ſuas coronant. Hos ergo honores urbi tribuit in delubro Mineruæ, quod ex manubijs dicabat. Cn. Pompeius Magnus Imperator bello XXX. annorum confecto, fuſis, fugatis, occiſis, in deditionem acceptis hominum vicies ſemel centenis LXXXIII. M. depreſſis aut captis nauibus D. CCC. XLVI. oppidis, caſtellis M. D. XXXVIII. in fidem receptis, terris à Mœotis lacu ad rubrum mare ſubactis, votum meritò Mineruæ, hoc eſt breuiarium eius ab oriente. Triumphi verò, quem duxit ad tertium Calendas Octobres M. Meſſala. M. Piſone Conſulibus, præfatio hæc fuit: Cùm oram maritimam à prædonibus liberaſſet, & Imperium maris populo Romano reſtituiſſet, ex Aſia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythis, Iudæis, Albanis, Iberia, Inſula Creta, Baſternis, & ſuper hæc de regibus Mithridate atq; Tigrane triumphauit. Summa ſummarum in illo gloria fuit, (vt ipſe in concione dixit, cùm de rebus ſuis diſſereret) Aſiam vltimam prouinciarum accepiſſe, eandemq; mediam patriæ reddidiſſe. Si quis è contrario ſimili modo velit percenſere Cæſaris res, qui maior illo apparuit: totum profectò terrarum orbem enumeret: quod infinitum eſſe conueniet.

IVVE-

IVVENALIS SATYRA 10. de fine Pompeij Magni.

PRouida Pompeio dederat Campania febres
Optandas, ſed multæ vrbes, & publica vota
Vicerunt. Igitur fortuna ipſius & vrbis
Seruatum victo caput abſtulit, Hoc cruciatu
Lentulus, hac pœna caruit ceciditq́; Cethegus
Integer, & iacuit Catilina cadauere toto.

Ouid. lib. 4. de Ponto.

Quid fuerat Magno maius? tamen ille rogauit
Submiſſa fugiens voce clientis opem.
Cuiq́; viro totus terrarum paruit orbis,
Indigus effectis omnibus ille magis.

PROLEGOMENA.

IDeò in ſtudijs verſamur, vt de Deo & alijs rebus diuinis ac humanis rectè ſentire ac iudicare, & ea, quæ ſentimus, perſpicuè et diſertè eloqui, & alijs explicare poſsimus. Propter has cauſas, inter cætera Autorum ſcripta, ex quibus fructum aliquem ad noſtra ſtudia afferre poſſumus, ſæpè repetere monumenta Ciceronis prodeſt, non eam tantùm ob cauſam, quia rerum doctrinam ampliſsimam ex fontibus omnium artium hauſtam complectuntur: ſed etiam,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

quia proſunt ad comparandum genus ſermonis proprium & elegans, quod in explicandis grauiſſimis controuerſijs, quas offert vel Eccleſia vel Reſpub, vſum habet maximum. Conſtat autem & omnium eruditorum iudicijs ac ſententijs comprobatum eſt, optimum dicendi Magiſtrum extitiſſe Ciceronem. Ad cuius orationes enarrandas cum accedamus, veteri ſcholarum more vincimur, vt quædam ante texus explicationem præmittenda eſſe videantur.

PRIMO itaq; oſtendam, ex quibus Autoribus potiſſimum eloquentia ſeu mediocris dicendi facultas petenda ſit.

SECVNDO, Quæ præcipuè in lectione orationum Ciceronis obſeruanda ſint.

TERTIO, Qua ratione hanc orationem pro Lege Manilia interpretari velim, & quomodo à iunioribus cognoſcenda ſit, dicam.

DE PRIMO LOCO.

Grauiſsimè ac veriſsimè dictum eſt.

VTq; alios alij de relligione docerent,
A ſummo nobis eſt data lingua Deo.
Hinc accepit homo laudandas cœlitùs artes,
Vt viuo poſſet dicere grata Deo.

Cùm igitur ob hanc ſolam cauſam in laudandarum artium ſtudijs verſemur, & maximos

ſumptus quotidiè faciamus, vt de rebus Deo gratis & hominibus ſalutaribus dicere & ſcribere poßimus, neceſſariò requiritur, vt ſciant iuniores, ex quibus Autoribus purior dicendi ratio ſit haurienda.

Numerantur enim quatuor ætates latini ſermonis.

PRIMA eſt antiqua, ante Plautum, cuius nulla extant ſcripta, præter opus Catonis de re Ruſtica, & quædam fragmenta veterum Poetarum, Ennij & ſimilium.

SECVNDA eſt media, cuius præcipui ſcriptores ſunt vterq; Plinius, Lucanus, Suetonius, Lactantius, Hieronymus, Seneca.

TERTIA eſt ætas Ciceroniana perfecta, cuius præcipui ſcriptores ſunt, Terentius, Cicero, Caius Cæſar, Liuius, Virgilius, Ouidius, Tibullus, & horum coætanei, à quibus ſtudioſi & vocabula & phraſin mutuentur, eorumq; compoſitionem imitentur.

QVARTA ætas noua, cuius optimi Autores ſunt Claudianus, Prudentius, Boëtius, Auſonius, Has ſecuta eſt barbara, quæ ante annos centum & circiter fuit, à qua nec compoſitio nec vocabula ſunt accipienda.

Etſi verò ſingularum ætatum autores lectu dignißimi ſunt, tamen inter eos veluti Lucifer

inter reliquas ſtellas excellit Cicero, cuius cum in compoſitione diligentia ſumma fuerit, hunc nobis Magiſtrum, hoc exemplum maximè proponere debemus, in hunc toto animo, totaq́ mente intueri, hunc ita amare, vt cum ad alios tanquam ad hoſpites expatiati ſimus, ad hunc ſtatim redeamus, apud hunc habitemus, hunc familiariſsimum nobis faciamus, vt ſcribentes, imaginem orationem eius intueamur, ad eamq́ cogitationes ac ſtylum dirigamus.

DE SECVNDO LOCO.

In lectione bonorum autorum hæc tria præcipuè obſeruanda erunt:

PRIMO, *Doctrina de rebus ipſis, quas autor tractandas ſuſcepit. Ideò enim ſtudia literarum colimus, vt de rebus diuinis ac humanis rectè iudicare & ſentire poſsimus, & ea quæ ſentimus, commodè eloqui. Initiò igitur de quolibet ſcripto cogitandum eſt, ad quam partem Philoſophiæ pertineat, qua de re docere ſcriptor velit, quis ſit ſtatus ſeu propoſitio libri, quæ ſint principalia membra & argumenta, accommodata ad locos eius generis cauſarum, ad quod ſcripta pertinent. vt exempli gratia.*

Hæc Ciceronis oratio, quam nunc in manus ſumpturi ſumus, pertinet ad illam Philoſophiæ

partem

partem, quæ Ethica ſeu moralis dicitur, cuius pars eſt quædam doctrina Politica.

SECVNDO, Loci illuſtriores, & electæ aliquæ ac inſignes ſententiæ, tanquam flores, decerpti, & velut regulæ iudicij, & normæ conſiliorum & actionum vitæ, ediſci, & memoriæ infigi debent.

TERTIO, Vniuerſa orationis ſeries ac phraſis, & lecta verba, inſignes figuræ, exempla narrationum, aptæ amplificationes, & compoſitio concinna, adhibito obſeruationis & imitationis ſtudio conſideranda eſt.

DE TERTIO LOCO.

In hoc loco breuiſsimè attingam, qua Methodo ſeu ratione hanc præſentem orationem explicare velim, & quomodo vos vtiliter eam cognoſcere poſsitis.

PRIMO, Itaq; totum orationis huius corpus argumento recitato, in ſex partes Rhetorica quadam Anatomia diuidemus, videlicet in Exordium, Narrationem, Propoſitionem, Confirmationem, Confutationem, & Epilogum.

SECVNDO, Singularum partium diſpoſitionem, ad præcepta artis Rhetoricæ accommodabo, & ſingularum partium argumenta

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

formis ſyllogiſmorum ſeu Enthymematum inclu-demus.

TERTIO, Textum ac phraſin enarrabo, et hiſtorica ſeu fori Romani conſuetudinem, qua poſſum breuitate, indicabo.

QVARTO, Præcipua membra ad locos communes morales ſeu politicos referam, vt videatis, quid prudentiæ ac conſiliorum ex hac oratione ad ſtudia veſtra permanet. Quod officij veſtri erit Auditores, illud ſcitote, vnicam anſam ſeu manum, (teſte Plutarcho) qua eruditio & virtus vera apprehendi, & percipi poteſt, eſſe aures adoleſcentum puras & attentas.

Cum itaq; nulla ſine interprete ars, vt Cicero inquit, & ſine aliqua exercitatione, quam præceptoris iudicio & voce regi oportet, percipi poßit, vos inter prælegendum diligentiam & aßiduitatem præſtate, ita vt ſingula orationis membra rectè intelligatis, ac quæ natiua ac genuina autoris ſit ſententia, eloqui poßitis, quod, vt rectius fieri poßit, hanc totam Orationem, vel ſaltem ſingulorum dierum in hoc ſcripto prælectiones, in germanicam ſeu maternam linguam vertite.

Deinde ordine memoriæ hanc orationem commendate, tantum enim vnuſquiſque ſe ſcire exiſtimet, quantum memoria tenet, & vbi res atq; vſus poſtulat, promtum & expoſitum habet. Quæ verò in libris ſcripta aſſeruantur, nemo ſe

putes

putet tenere, niſi ea menti etiam ſuæ impreſſerit, & memoriæ fideliter commendauerit. Hic ediſcendi labor non ſolùm ad eloquentiam parandam proderit, ſed ingenium acuet, & ad omnem doctrinam percipiendam paratius ac promptius reddet.

Poſtremò quotidianus dicendi & ſcribendi vſus accedat, ſine quo huius exercitij cura & labor nihil proderit.

Atq; ita vnius orationis lectio, plus ſecum vtilitatis adfert, quàm ſi ſingulis diebus multas in Cicerone pagellas legendo perreptes, omnes ſcholas viſites, omnium doctrinarum ampliſſimos & copioſiſſimos commentarios habeas & conquiras.

ARGVMENTVM ORAtionis Ciceronis pro Lege Manilia.

MIthridates rex Ponti, cùm annos quadraginta et plures cum imperatoribus Romanis, Lucio Sylla, Murena, & Lucio Lucullo ita bellum geſſiſſet, vt ſæpè victus, tamen & potentior & melior in certamen rediret, regnumq; paternum, ex quo expulſus erat, non ſolùm recuperaret, ſed etiam alia multa occuparet, & iam ipſe cum Tigrane Armeniorum Rege, & belli ſocio, & cum vniuerſa Barbariæ vicinia, quam in periculi ſocietatem pertraxerat,

imperio populi Romani immineret, actum eſt Romæ de imperatore in Aſiam contra hoſtes mittendo, & cum hîc iam alius præficiendus videretur, Caius Manilius Tribunus plebis lege lata, bellum Mithridaticum Cn. Pompeio mandauit, cui cùm nonnulli alij aduerſabantur, tùm Catulus & Hortenſius viri conſulares, & principes Reipublicæ habitis orationibus illam diſſuadere aggreßi ſunt, tunc Marcus Cicero & ſalutis Reipublicæ, & honoris ipſius Pompeij inprimis ſtudioſus, hac Oratione pro Lege Manilia habita ſuaſit, vt Pompeius cùm imperio contra Mithridatem in Aſiam mitteretur, idq́ tribus de cauſis, quarum vna, quòd in hoc bello dignitas & gloria Romani & nominis, & imperij agerentur, & ſalus ſociorum, & fortunæ plurimorum ciuium, à populo Romano defendendæ eſſent.

Altera, quòd hoc bellum longè maximum et periculoſißimum eſſet, quòd duo potentißimi reges, & vniuerſa barbaries vicina pararent inferre populo Romano.

Tertia, quòd Cn. Pompeius omnibus imperatorijs virtutibus inſtructus ſic excelleret, ſic præſtaret, vt nemo in ducibus Romanis relictus videatur, qui vel ſcientia rei militaris, vel virtute caſtrenſi, vel autoritate apud omnes gentes, vel felicitate rerum gerendarum ad ipſum comparandus ſit, vnde poſteà infert, neminem eſſe,

cui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

cui bellum Mithridaticum rectius commendari poßit, quàm ipſi Pompeio, &c.

Ex hoc argumento apparet, hanc orationem eſſe in genere Deliberatiuo, ſuadet enim Cicero bellum aduerſus Mithridatem eſſe gerendum, Deinde hortatur Quirites, vt præ reliquis omnibus Cn. Pompeius dux huius belli eligatur, vtpote vir omnibus Imperatorijs virtutibus præſtantißimus.

Oratio appellatur pro lege Manilia, quòd lex a C. Manilio, quæ mandauit Pompeio bellum Mithridaticum, hac oratione contra interceſſores defenſa ſit. Quamuis autem omnes orationes Ciceronis ſummam eloquentiam redoleant, tamen aliæ alijs diſcentibus ſunt conuenientiores, inter quas & hæc habetur, quæ viuum exemplum orationis Rhetoricè compoſitæ euidentißimè exprimit.

Summa Exordij.

Cuius ætas non ſatis idonea eſt ad cauſas publicè agendas, ille in priuatis negocijs verſetur, donec aptior ad publicas cauſas reddatur.

Mea ætas hactenus non ſatis idonea fuit ad publicas cauſas agendas.

Ergò rectißimè feci, quòd maturum tempus, quo publicis cauſis ſatisfacere potui, expectaui.

EXORDIVM, PRIMA ORATIONIS PARS.

QVanquam mihi ſemper frequens conſpectus veſter multò iucundiſsimus, hic autem locus *(templum in quo Cicero habuit hanc orationem, vt ex concluſione huius oratio nis patet)* ad agendum ampliſsimus, ad dicendum ornatiſsimus eſt viſus, Quirites, tamen hoc aditu laudis *(id eſt, ab hac cathedra, quæ laudi deſtinata eſt)* qui ſemper optimo cuiq; maximè patuit *(ad quem honeſtiſsimo cuiq; ciui liber acceſſus fuit)* non me mea voluntas, *(vel à vobis vel vtilitatibus veſtris alienior)* ſed meæ vitæ rationes ab ineunte ætate ſuſceptæ, prohibuerunt, *(hacte-*

Captatio beneuolentiæ, primùm à ſua perſona, Cùm omnia affectata naturæ inimica ſint, & nihil magis ingratum ſit arrogantia & ſuperbia, ita artificium temperandum eſt, ne apparata oratio videatur, Danda itaq; opera eſt in omni exordio, ne oratio ſit tumida aut inflata, aut vllum arrogantiæ ſignum præ ſe ferre videatur, quod præceptum pulchrè hîc Cicero ſequitur, Idem facit in oratione pro Archia, & alijs quibuſdam. Et ſanè odioſum eſt, ac certiſsimũ fatuitatis ſignum, ſe ipſum magnificè extollere ac commendare, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

(hactenus mea ætas non paſſa eſt me ſuggeſtum aſcendere. & ſibi peculiares virtutes aſſcribere, ſicut Phaëton apud Ouidium, qui concipit æthera mente. Item Narciſſus, qui ſe miratur, et tandem tabe conſumptus perijt, & nunc mutatus in florem, monet nos ſerò floreſcens, ne nimis maturè & ante tempus ſapere incipiamus, neue nos aut noſtra nimis amemus aut admiremur, Quod cum in omni ætate odioſum eſt, tùm verò in adoleſcentia prorſus intolerabile, Nam vt ab vſu rerum ſolidaq; ac perfecta doctrina & ſapientia hæc ætas adhuc longiſſimè abeſt, ita has res non poteſt ſibi arrogare, ſine ſumma turpitudine ac vanitate.

Frequens conſpectus] Lucius Manilius Tribunus pl. comitia in foro habebat, conuocatis tribunis, legemq; ferebat, quam Cicero prætor frequenti populo hac oratione ſuadet.

Ad agendum ampliſsimus, & dicendum ornatiſsimus] Gellius lib. 13. docet, aliud eſſe agere cum populo, aliud concionem habere, Nam agere cum populo, inquit eſt rogare quid populum, quod ſuffragijs ſuis aut iubeat aut vetet, concionem habere, eſt verba facere ad populum, ſine vlla rogatione.

Nam cum antea per ætatem, (nondum cognita & pertractata Ratio q. d. ætate impeditus, hactenus publicè non dixi.

Repub.

Repub. Cicero autem hanc orationem habuit anno ætatis ſuæ 40. Anno vrbis conditæ 687.)

Nondum huius autoritatem loci (*ipſam cathedram, in qua viri autoritate & ſapientia præcellentes dicere debent*) contingere auderem, ſtatueremq; nihil huc, niſi perfectum ingenio, elaboratum induſtria, afferri oportere: omne meum tempus (*omnes meas actiones*) amicorũ temporibus transmittendum putaui.

Autoritatem loci] *In quem non niſi magiſtratibus aſcendere licebat, vt ex Verrina 3. & 7. videre eſt.*

Populus delicatas habet aures, quare præmeditati ad dicendum venire debemus, Et verba non in lingua, ſed corde naſci debent. Ne ſimus adeo ſtolidi, vt magnam gloriam ingenij eſſe putemus, ex tempore & ſine præmeditatione verba facere. Sic Demoſthenes optauit non ſcripta ſolùm, ſed & ſculpta dicere. Et rectè in curia Luneburgenſi ſcriptum eſt: Præceps conſilium ſequitur pœnitentia. Et Liuius: Omnia nõ properanti clara certaq; erunt.

Temporibus] *Tempora vocat Cicero neceſſitates ſeu negocia, quæ ſunt aſpera & periculoſa, vt in multis locis videre eſt, hinc eſt exclamatio Ciceroni vſitata: O tempora, ô mores.*

Tranſmittendum] *Id eſt, tribuendum & addicendum.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Ita neq; hic locus *(hoc ſuggeſtum)* vacuus vnquam fuit ab ijs, qui veſtram cauſam defenderent, & meus labor *(defendendi)* in priuatorum periculis caſtè, *(quod nullum munus donumq́ acceperim)* integreq; verſatus: *(quod clientis cauſam nunquam prodiderim)* ex veſtro iudicio fructum eſt ampliſsimum conſecutus.

Ita neq;] *q. d. Ego dum priuatis ſeruio, veſtram mihi beneuolentiam conciliaui, & tamea intereà hic locus non fuit deſertus.*

In priuatorum periculis] *Id eſt, in reis defendendis.* οὐ δωροδοκούμενος, *id eſt, nullis largitionibus corruptus. Ariſtoteles Rhe.* 1. *Amor & odiũ & proprium commodum, faciunt ſæpè iudicem non agnoſcere veritatem. Cicero autem hoc dicit propter legem Cinciam, quæ donũ pecuniamue ob cauſam orandam accipere vetabat, Liuius, lib.* 34. *Tacitus* 11. *Cicero in* Cato*ne, &c.*

Fructum ampliſsimum] *Præturam intelligit, nam Prætores fuerunt collegæ* Con*ſulum.*

Nam cum propter dilationem comitiorum, ter, prætor, primus, *(ex competitoribus)* centurijs cunctis, renunciatus ſum *(ſuf-*

Propter tres cauſas celebrantur Comit*ia. I. Propter creationem magiſtratus. II. Propter legem. III. Propter iudicia.*

fragijs

fragijs populi declaratus) facilè intellexi, Quirites, & quid de me iudicaretis: & quid alijs præſcriberetis *(de me iudicandum.)*

Tempus Comitiorum per Augures deſignabatur. Differebantur autem vel propter obnunciationem Augurum, uel propter competitorum multitudinem.

Prætor Ein Stadt Richter. *Iuris diſceptator, qui priuata iudicet, iudicariue iubeat, prætor eſto: Iuris ciuilis cuſtos eſto, huic poteſtati parento, quotcunq; ſenatus creuerit, populusq; iuſſerit, tot ſunto. Tempore Ciceronis octo fuerunt, vt ex oratione Piſoniana apparet.*

Primus] *Scilicet ex competitoribus, ordo enim renunciandi magiſtratus ad dignitatem multùm facit.* Cic. *in cl. Orat. Et Prætor primus incredibili populi voluntate ſum factus. Et Plutarchus in vita* Ciceronis: *Cum multi ijq; ſummi viri præturam ſimul cum eo peterent, primus omnium renunciatus eſt, diciturq; iudicia purè & incorruptè exercuiſſe.*

Prætura ſecundum honorem conſularem maximus honor erat.

Centurijs cunctis] *Hic locus ex Romana conſuetudine cognoſcendus eſt.* Omnis *enim ciuium diſtinctio centuriatis comitijs fiebat per centurias, easq; vel ordinibus diſtinctas, quòd aliæ equitum eſſent, aliæ peditum, Vel cenſu,*

quòd

quòd aliæ primæ, aliæ ſecundæ, aliæ tertiæ, quartæ & quintæ claßis eſſent. Vel ætatibus, quòd aliæ eſſent ſeniorum, aliæ iuniorum. Erant autem in ſingulis centurijs rogatores, qui ſingulorum rogabant ſententias, quas palàm ſinguli proferebant, In quam autem partem plures eiuſdem centuriæ homines inclinaſſent, ea totius centuriæ ſententia cenſebatur, quam deinde rogator per præconem pronunciari iubebat. Ergo comitia centuriata erant, quibus populus per claßium centurias diuiſus, ſuffragium ferebat, ita vt ſuffragia colligerentur centuriatim, & quod plures centuriæ iußiſſent, id ratum habebetur. Vide Liuium lib. I. *De comitijs etiam lege eruditum libellum doctißimi viri Nicolai Gruchij Rotomagenſis.*

Quid de me iudicaretis] *Hic locus clarior fiet ex eiuſdem* Ciceronis *Bruto, vbi ſic inquit: Nos autem non deſiſtebamus cùm omni genere exercitationis, tùm maximè ſtylo noſtrum illud, quod erat, augere, quantumcunque ſit, Atque (vt multa omittam) in hoc ſpacio, & in ijs poſt ædilitatem annis, & Prætor primus, & incredibili populari voluntate ſum factus. Nam cùm propter aßiduitatem in cauſis & induſtriam, tùm propter exquiſitius & minimè vulgare orationis genus, animos hominum ad me dicendi nouitate conuerteram.*

Nunc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Nunc cum & tantum autoritatis in me ſit, quantum vos honoribus (*ædilitati & præturæ*) mandandum (*tribuendum*) eſſe voluiſtis: & ad agendum facultatis tantum, quantum homini vigilanti ex forenſi vſu propè quotidiana dicendi exercitatio potuit adferre: certè & ſi quid etiam dicendo conſequi poſſum, ijs oſtendam potiſſimum, qui ei quoque rei (*facultati dicendi*) fructum ſuo iudicio, (*ſuffragio*) tribuendũ eſſe cenſuerunt.

Q. d. Prætorem me feciſtis propter autoritatem & eloquentiam, quam mihi ineſſe putabatis, nunc efficiam, vt vtrumque in me eſſe cognoſcatis.

Honoribus mandandum] *id eſt,* Cum *tantum dignitatis mihi acceſſerit, quantum honor præturæ adfert.*

Agendum facultatis] *id eſt, tanta vis bene dicendi, quæ exercetur in dicendo pro noſtris.*

Quantum homini vigilanti] *Locus grauiſsimus, oſtẽdens principales cauſas inſignis eloquentiæ ac inuſitatæ eruditionis. Primò ponit vigilantiam, Quia dormiendo & deſidendo nemo gloriam eſt conſecutus. Continet autem vigilantia omnia media, quæ profectum in diſcendo adiuuant. Vt ſunt I. Communia præcepta ſeu Regulæ artis. II. Auſcultatio eruditæ interpretationis bonorum autorum, qui rectè & eleganter locuti ſunt. III.*

Diligens

Diligens & attenta, rectè & eleganter latinè loquentium, & ſcribendi imitatio. Secundò ponit quotidianam in dicendo & ſcribendo exercitationem, quæ præcipuum orationis rectè componendæ, & facultatis rectè loquendi ac ſcribendi parandæ, inſtrumentum eſt. Iuxta illud Ouidij.

Solus & artifices qui facit, vſus erit.

Atque illud imprimis mihi lætandũ iure eſſe video, quòd in hac inſolita mihi (*quia hæc fuit prima cauſa publica, quam Cicero egit*) ex hoc loco ratione dicendi, cauſa talis oblata eſt, in qua oratio nemini deeſſe poteſt.

Locus attentionis, hanc præſentem cauſam magnam vim pulcherrimarum rerum et optimorum verborum ſecum adferre.

Dicendum eſt enim de Cn. Pompeij ſingulari eximiaq; virtute (*imperatoria facultate & caſtrenſi gloria.*)

Locus docilitatis, dociles enim redduntur auditores, cum breuiter in exordio attingimus, de qua re dicturi ſimus, videtur autem in exordijs nihil commodius dici poſſe, quàm vt Auditores erudiantur de ijs rebus, de quibus in oratione deinceps agendum erit.

Huius autem orationis difficilius eſt exi-

Facilimum eſt longum iter ſubire, ſed ad finem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

exitum, quàm principium inuenire.

finem perducere laborioſum. Ita facilius eſt in hac cauſa principium inuenire quàm exitum, propter varietatem optimarum rerum. Accidit Ciceroni idem, quod illi apud Theocritum:

Arboribus denſam veniens lignator in Idam,
Anxius ingentis circumſpicit omnia ſyluæ
Vnde opus incipiat, quæ primo iuſta labori
Cauſa ſit, haud alia mentem ratione fatigat.
Nunc mihi materiæ pondus graue ſine carentis
Quæ prima expediam de tanto tamq́ bonorum
Immenſo numero &c.

Itaque mihi non tàm copia, quàm modus in dicendo quærendus eſt.

Concluſio exordij, in quo hunc habes Syllogiſmum: Cuicunq́ dicendum eſt de Pompeij virtute, illius orationis difficilius eſt exitum inuenire, quàm principium. Mihi dicendum eſt de Pompeij virtute, Ergo mihi difficilius eſt meæ orationis principium, quàm exitum inuenire.

SEQVITVR NARRATIO, Secunda Orationis pars.

IN enarratione Rhetoricæ Ciceronis ad Herennium de virtute & diſpoſitione Narrationum, copioſè dictum eſt. Nec opus eſſe cenſeo proli-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

prolixa de Narrationibus præcepta tradere, cum potius ex lectione bonorum autorum, qui ſcitè & artificioſè narrarunt, & quotidiano ſcribendi vſu, diſcendæ ſint. Ponit autem Cicero in ſua Rhetorica quatuor bonæ & laudatæ narrationis virtutes.

PRIMA. Narratio ſit breuis, rem, omiſſis omnibus ambagibus, & ſi peruacaneis additamentis, exponens.

SECVNDA, vt ſit perſpicua, conſtans ſententijs & verbis illuſtribus, ſignificantibus, & ad rem propriè pertinentibus.

TERTIA, Vt ſit probabilis, ſiue veritati quam maximè conſentanea, habens ſubinde aſperſa ſemina probationis.

QVARTA, Habeat adiunctam ſuauitatem, & iucunditate quadam ſit condita.

Præcepta quoq; diſponendi Narrationem in Rhetoricis tradita ſunt.

PRIMVM enim recenſeantur conſilia ſeu occaſiones, quibus ad hoc vel illud agendum adducti ſumus.

SECVNDO ordine ex ductu naturæ prudenter attexantur acta, quæ ex conſilio ſecuta ſunt.

TERTIO Effectus vel euentus, qui tandem acta ſubſecuti ſunt. Hæc omnia in textu huius narrationis manifeſtiſſimè deprehendes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Textus Narrationis.

Atq; vt inde oratio mea proficiſcatur, vnde hæc omnis cauſa (*quæ occaſio rei eſt*) ducitur: Bellum graue & periculoſum, veſtris vectigalibus (*tributarijs*) atque ſocijs (*qui Romanis erant confœderati. & eis vectigal ac tributum pendebant*) à duobus potentiſsimis Regibus infertur Mithridate & Tigrane, quorum alter relictus (*Mithridates non oppreſſus bello*) alter laceſsitus (*Tigranes oppugnatione vicini Regis in Armenia*) occaſionem ſibi ad occupandam Aſiam oblatam eſſe arbitratur.

Conſilia, cauſa & occaſio hoſtium.

Mithridate] *Cicero in Lucullo Mithridatem Regem poſt Alexandrum, maximum appellat.*

Relictus] *Mithridates enim, poſtquam à Lucullo in Ponto victus eſt, rerum ſuarum deſperatione coactus, ad Tigranem Armeniæ Regem confugit, verùm vtrumq; Regem Lucullus in Armenia vicit, & bellum abſoluiſſet, niſi militum ſeditione & auaritia retardatus fuiſſet, Erat igitur relictus Mithridates, Tigranes verò iam primùm laceſſitus. Liuius lib. 97. & 98. Cæſis Mithridatis equitibus, Lucullus Mithridatem perſecutus, à militibus, (vt hiſtorici ſcribunt) deſertus eſt, qui, cum nihil propius*

propius eſſet, quàm vt rex caperetur, effuſis de ipſius Regis ſententia theſauris et pecunijs omnibus, in eas ſeſe relicto rege proiecerunt, ita Rex in Armeniam ad ſocerum Tigranem perfugit.

Ad occupandam Aſiam] *Aſiam annos ab hinc* 126. *Cornelius Scipio ſub Imperium populi Romani, victo Antiocho Rege, ſubiunxerat.*

DE MITHRIDATE.

Iuſtinus lib. 37. *ſic de Mithridate ſcribit:*

Mithridates quoq; repentina morte interceptus, filium, qui & ipſe Mithridates dictus eſt, reliquit, cuius ea poſtea magnitudo fuit, vt non ſui tantum temporis, verùm etiam ſuperioris ætatis omnes reges maieſtate ſuperauerit, bellaq; cum Romanis per 46. *annos varia victoria geſſerit. Quam ſummi Imperatores, Sylla, Lucullus, cæteriq; in ſumma Cn. Pompeius ita vicerunt, vt maior clariorq; reſurgeret in reſtaurando prælio, damniſq; ſuis terribilior redderetur,* Deniq; *ad poſtremum non vi hoſtili victus, ſed voluntaria morte in auito regno ſenex hærede filio deceſſit. Huius futuram magnitudinem etiam cœleſtia oſtenta prædixerant, Nam & quo genitus eſt anno, & eo, quo regnare primùm cœpit, ſtella cometes per vtrumq; tempus* 70. *diebus ita luxit, vt cœlum omne conflagrare videretur. Nam & magnitudine ſui quartam*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

partem cæli occupauerat, & fulgore ſuo ſolis ni-torem vicerat, & cùm oriretur, occumberetq́, quatuor ſpacium horarum conſumebat. Puer tu-torum inſidias paſſus eſt, qui eum fero equo im-poſitum, equitare, iaculariq́ cogebant, qui cona-tus cum eos fefelliſſet, ſupra ætatem regente e-quum Mithridate, veneno eum appetiuerunt, quod metuens, antidota ſæpius bibit: & ita ſe aduerſus inſidias exquiſitioribus remedijs ſtagna-uit, vt ne volens quidem ſenex veneno mori po-tuerit: timens deinde, ne inimici, quòd veneno non potuerant, ferro peragerent, venandi ſtudi-dium finxit. Quapropter quatuor annos, neq; vrbis, neq; ruris lecto vſus eſt: ſed per ſyluas vagatus eſt, & diuerſis montium regionibus per-noctabat, ignaris omnibus, quibus eſſet locis, aſ-ſuetus feras curſu aut fugare, aut perſequi, cum quibuſdam etiam viribus congredi. Quibus re-bus et inſidias vitauit, & corpus ad omnem vir-tutis patientiam durauit. Ad regni deinde ad-miniſtrationem cum acceßiſſet, ſtatim non de re-gendo, ſed de augendo regno cogitauit. Itaq; Scy-thas inuictos anteà, qui Zopyrona Alexandri Magni ducem, cum triginta millibus armatorum deleuerant, qui Cyrum Perſarum regem, cum ducentis millibus armatorum trucidauerant, qui Philippum Macedonum Regem fugauerant, in-genti fœlicitate perdomuit, Auctus igitur viri-bus, Pontum quoq; ac deinceps Cappadociam oc-

cupauit,

cupauit, Aſiam cum quibuſdam amicis, tacitus à Regno profectus, nemine ſciente peruagatus eſt, omniumq́ vrbium ſitus ac regiones cognouit. Inde Bithyniam tranſcendit, & quaſi iam Dominus Aſiæ, oportuna quæq́ victoriæ ſuæ meditatus eſt. Poſt hæc in regnum, cùm iam periijſſe crederetur, reuerſus eſt, inuento paruulo filio, quem per abſentiam eius Laodice ſoror, vxorq́ enixa fuerat. Sed inter gratulationem poſt longam peregrinationem aduentus ſui, & filij geniti, veneno periclitatus eſt. Siquidem Laodice ſoror, cum periijſſe eum crederet, in concubitus amicorum proiecta, quaſi admiſſum facinus maiorum ſcelere tegere poſſet, venenum aduenienti parauit. Quod cum ex ancilla Mithridates cognouiſſet, facinus in autores vindicauit. Hyeme deinde imminente, non in conuiuio, ſed in campo, non in vacationibus, ſed in exercitationibus, nec inter ſodales, ſed inter æquales, aut equo, aut curſu, aut viribus contendebat.

Exercitum quoq́ ſuum ad parem laboris patientiam quotidiana exercitatione durabat, atq́ ita inuictus ipſe, inexpugnabilem exercitum fecerat, Inita deinde cum Nicomede ſocietate, Paphlagoniam inuadit, victamq́ cum ſocio diuidit, quam cùm teneri à Regibus Senatui nunciatum eſſet, legatos ad vtrumq́ miſit, qui gentem reſtitui in priſtinum ſtatum iuberent. Mithridates

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

cùm ſe parem iam magnitudini Romanæ crederet, ſuperbo reſponſo hæreditarium patri ſuo regnum obueniſſe reſpondit, mirariq́; ſe, quæ ei controuerſia relata non fuerit, ſibi referant. Nec territus minis, Galatiam quoq; occupat, Nicomedes, quoniam ſe tueri iurè non poterat, iuſto regi redditurum reſpondit, &c. Hæc Iuſtiſtinus. Sabellicus lib. 10. de Mithridate hæc ſcripta reliquit: Maxima admiratione dignus Mithridates Rex Ponti, quo nullus Regum diutius grauiuſq́; exercuit Romana arma, fertur is duabus & viginti diuerſis nationibus, quibus imperabat, ſua cuiq́; lingua ius dicere ſolitus, & pro concione ſingulas ſine interprete affari.

DE TIGRANE.

Tigranes Rex Armeniorum, & gener Mithridatis fuit. Sed de hoc Tigrane & Mithridate plura lege apud Plutarchum, in vita Luculli, cuius lectio miram lucem afferet huic orationi, quare eam auditoribus meis commendo.

DE ASIA.

Cicero minorem Aſiam intelligit, vt patet ex oratione pro L. Flacco, ex Phrygia, Myſia, Caria & Lydia conſtans, Ptolemæus in 5. lib. Coſmograph. dicit, Aſiam à Septentrione Bithyniam, ab ortu Lyciam & Galatiam, à meridie quoq; Lyciam

Lyciam, & ab occaſu mare Ægeum habere. Illud etiam ſciendum eſt, quod Strabo ſcribit, plurimam Aphricæ & Aſiæ partem ſocijs & amicis regibus fuiſſe permiſſam à Romanis eorum victoribus, poſtea verò, cùm vel Reges defeciſſent, aut fœdera violaſſent, vel penitus extincti eſſent, eam in prouinciarum formas eſſe redactam, ſed poſtquam Antiochus Aſiam ceſsit Romanis, ſtatim eſt prouincia facta. hinc Aſiatici Romanorum ſocij, ſæpè prouinciales vocantur, quòd aliquando victi ſub Rom. imperio ſint, & quòd regio, in qua domicilium habent, vt Vlpianus loquitur, Romanorum imperio bello olim acquiſita & adiuncta, prouincia fuerit dicta.

Equitibus Romanis honeſtiſsimis viris, afferuntur ex Aſia quotidiè literæ, quorum magnæ res aguntur *(quorum res periclitantur, agitur enim de ipſorum opibus & pecunia)* in veſtris vectigalibus exercendis *(exigendis & colligendis)* occupatæ *(impeditæ & poſitæ in vectigalibus colligendis)* qui ad me pro neceſsitudine, quæ mihi eſt

Nunc addit acta quæ ex conſilio ſuperius poſito conſecuta ſunt.

Magnæ res] *Magnæ facultates impenſæ in vectigalibus exercendis.*

Exercere vectigalia eſt, decimas ab aratoribus exigere, ſcripturam à pecuarijs, portorium à mercatoribus.

eſt cum illo ordine, *(equeſtri, ex quo & Cicero natus erat, vide orationem pro Rabirio Poſthumo, & Plinium lib. 33.)* cauſam Reipublicæ *(cauſam, negocium & procurationem, pertinentem ad Rempub.)* periculaq; rerum ſuarum detulerunt.

Tres ordines Romæ fuerunt: ordo equeſtris, ordo Senatorius, & ordo plebeius, vt in quarta oratione Catilinaria à me dictum eſt.

Bithyniæ, quæ nũc veſtra prouincia eſt, *(quæ nunc in prouinciam redacta eſt, & à Romanis adminiſtratur)* vicos exuſtos eſſe complures.

Recitat ſummam literarum, quas Equites ad ſe miſerunt, & ſimul à ſignis impendentium malorum reddit narrationem probabilem.

Bithynia regio Aſiæ, oppoſita Conſtantinopoli, in qua vrbes inſignes ſunt: Nicæa, in qua Synodus Nicæa aduerſus Arriũ celebrata eſt, Nicomedia, Pruſias, Chalcedon. Fit Bithyniæ mentio Acto. 16. & 1. Pet. 1. Bithynia autem Romanis à Nicomede Rege Bithyniæ, carente liberis, teſtamento eſt donata, vt habent hiſtoriæ.

Regnum Ariobarzanis, quod finitimum eſt veſtris vectigalibus totum eſſe

Cappadociam intelligit, quæ vicina eſt regionibus, pendentibus Romanis vectigal,

in hoſtium poteſtate. *Cicero alludit ad commune dictum:*

Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet.

Lucullum magnis rebus geſtis, ab eo bello diſcedere, huic qui ſuccurrerit, non ſatis eſſe paratum, ad tantum bellum adminiſtrandum, *Tria hic agit, I. Bellum tale eſſe, vt ſit ſuſcipiendum. II. Grauiſsimum eſſe bellum, quòd tota barbaries populo Romano infert: III. Ad hoc bellum aliquem eſſe mittendum, & quis ille eſſe debeat.*

Ab eo bello] *Scilicet Mithridatico, Ab hoc enim diſcedere coactus eſt Lucullus, propter ſeditionem militum.*

Vnum ab omnibus ſocijs & ciuibus (*negociantibus in Aſia*) ad id bellum imperatorem depoſci, (*Pompeium intelligit*) atq; experi, eundem hunc virum ab hoſtibus metui, præterea neminem. *Effectus vel euentus, quo iudicium Aſiaticorum de Pompeio recitat, videlicet quod illum ſolum propter nominis magnitudinem, ament, & ad bellum pro Imperatore depoſcant, nam anteà piratas vicerat. Eſtq; hæc Ciceronis ſententia:*

Pompeius Lucullo debet ſuccedere, quia is vnus ab omnibus ſocijs, ac ciuibus ad id bellum depoſcitur Imperator.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Ab hoſtibus metui] *Periculoſum eſt, cum hoſtis hoſtem metuit, nam metus, vt dici ſolet, eſt malus augur. Notum eſt Caligulæ dictum: Oderunt dum metuant. Vt autem ſtudioſi hanc totam rem rectius intelligant, operæ precium eſt, vt legant vitam Pompeij apud Plutarchum.*

SEQVITVR PROPOSITIO, TERTIA HVius orationis pars.

IN Rhetoricæ prælectione diligenter monuimus, nihil magis neceſſarium eſſe in omni ratione, vel noſtra contexenda, vel aliorum iudicanda, quàm conſtituere certam, perſpicuam & non ambiguam aliquam ſententiam, ſeu propoſitionem, quæ contineat ſummam ſeu firmamentum, ſeu fundamentum totius negocij, quò deniq; omnes partes referendæ ſunt. Cùm enim nihil certi proponitur, auditores de nulla re commonefacti, quid dictum, aut quid adhuc expectandum ſit, ignorant, Quare ante omnia ſciendum eſt, & firmiſſimè tenendum, in aliorum ſcriptis primùm curioſè & diligenter inueſtigandam eſſe propoſitionem, vt autoris intentionem perſpicuè ſcire, & argumentorum ſeriem, ad certam aliquam propoſitionem relatam, facilius mente complecti poſſimus. Illud quoq; monuimus, interdum in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

vno ſcripto plures propoſitiones concurrere, quòd cùm ſit, hæ regulæ obſeruandæ ſunt.

I. Cum vna propoſitione res exprimi non poteſt, fiat diſtributio in paucas partes, ne auditores multitudine propoſitionum obruantur.

II. Vt eo ordine, quo partes propoſitæ ſunt, euoluantur atq; explicentur. Exempla habes in oratione Ciceronis pro Murena, & in hac pro lege Manilia.

Textus Propoſitionis.

Cauſa quæ ſit videtis: nunc, quid agendum ſit, conſiderate.

Primùm mihi videtur de genere belli.

Deinde de magnitudine, Tum de Imperatore deligendo eſſe dicendum.

Cauſa] *Baſis* **Der ſtock / da die Seule auff ſtehet** / *negocium, quæſtio, conſultatio.*

De genere] *Quale ſit hoc bellum; & quæ res in periculum veniant in hoc bello, nam coniunctũ eſt cum dignitate & gloria Rom. nominis.*

De magnitudine] *Quàm graue & periculoſum ſit hoc bellum, quod reges & barbaries contra Rom. ſuſcipiunt.*

QVARTA ORATIONIS pars, Confirmatio.

Sequi-

Sequitur iam confirmatio, in qua ordine de ſingulis membris, in propoſitione poſitis, dicere incipit. Dixi autem in orationis initio, hanc Manilianam eſſe partim generis deliberatiui, partim verò generis demonſtratiui. Partem deliberatiuam, quæ ſuadet bellum aduerſus potentiſſimos Reges gerendum ac ſuſcipiendum eſſe, primo loco perſequitur: Quoties verò propoſitionem cum confirmatione in orationibus Ciceronis intueor, cogitare ſoleo de opificio corporis humani. Capiti enim ſimilis eſt propoſitio, cordi verò aſſimilatur confirmatio. Quemadmodum enim caput indiget firmamentis, quibus ſuſtentetur & corroboretur, Ita propoſitio quoq; opus habet confirmatione, quæ ei & autoritatem & fidem adferat, In corpore itaq; humano eſt cor, quod ſuppeditat capiti ſeu cerebro ſpiritum vitalem, qui eſt fons & cauſa animalis ſpiritus, qui ex cerebro in membra per neruos tranſmittitur, & ſine hoc calore ſeu ſpiritu vitali cor infirmiſſimè eſſet. Ita ſanè in oratione confirmatio facit, vt propoſitio vel ſtet vel cadat.

Iam diſpoſitionem confirmationis ſtudioſi ex Rhetoricis repetant. Vt mentes contra incertitudinem munirentur, & minus in ratiocinando & componendis rebus aberrarent, addidit Deus, normis certitudinis certas metas, quibus cùm res oblatæ includuntur, rectè de earum certitudine decernitur. Hæ metæ Syllogiſmi dicuntur,

quare

Quare cum mentes certis & euidentibus rationibus conuictæ non aſſentiuntur rebus, ſtatim poſt propoſitionem, de qua controuerſia eſt, ſequi volunt Rhetores confirmationem, inſtructam & munitam Syllogiſmis & Enthymematis, vt his velut firmis et immotis demonſtrationibus mentes ad certitudinem adducantur.

Obſeruent autem ſtudioſi, etiamſi confirmationis membra certas metas et regiones habeant, tamen eorum tractationem eſſe vberiorem & pleniorem nudis illis & conciſis Dialecticis Syllogiſmis, eaq; orationis maieſtate, & quaſi flumine in omnes ſeſe campos exundante, eſſe augenda & exornanda. Huius doctrinæ euidens exemplum habes in hac confirmatione.

Primo itaq; loco Maior Syllogiſmi eſt conſtituenda, quæ poſtea confirmanda eſt argumentis & alijs ornamentis, & luminibus verborum ac figurarum illuſtranda atq; amplificanda, deinde addatur minor, exornata atque amplificata, & aptè ad cauſam applicetur. Tandem attexatur concluſio, quæ continet ſtatum confirmationis.

Inuertitur autem hic ordo non rarò apud oratores, qui ſe non ſinunt ita alligari ad puerilia præcepta, ſed ſuo quodam iure ac erudita libertate expatiantur. Interdum enim Minor, imò & Concluſio priori loco ponitur, & poſtea Maior ſubſequitur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Exemplum in hac oratione videbis:

Prima pars confirmationis eſt de genere belli, hoc eſt, de qualitate, quod ſit neceſſariò gerendum, quia alioqui Romani eorumq́; ſocij ſalui & incolumes eſſe non poſſent. Hæc autem primæ confirmationis pars huic Syllogiſmo includi poteſt.

In quocunq́; bello agitur	*I. Gloria veſtra,*
	II. Salus ſociorum,
	III. Vectigalia maxima.
	IIII, Bona multorū ciuium.

Illud neceſſariò eſt gerendum, & tale quod maximè animos Rom. ad ſuſcipiendum impellere debeat.

In hoc bello Mithridatico aguntur hæc omnia, Igitur hoc bellum tale eſt quod maximè animos Romanorum debet inflammare.

Cicero à concluſione incipit, cui ſtatim ſubijcit Minorem.

Conſtat autem hæc prior pars confirmationis quatuor argumentis, Quorum primum ſumptum eſt ab honeſtate, Honeſtum enim eſt gloriam Maiorum ſuorum tueri ac defendere. Duo ſequentia argumenta ſumpta ſunt ab vtilitate, videlicet quod in hoc bello periclitetur ſalus ſociorum & in diſcrimen veniãt vectigalia Quartum argumentum ſumptum eſt à neceßitate. Neceſſarium enim eſt, vt magiſtratus ſuos ciues contra iniuſtas oppreßiones tueatur.

SEQVI-

SEQVITVR TEXTVS PRIMÆ PARTIS Confirmationis.

Genus eſt enim huiuſmodi, quod maximè veſtros animos excitare atq; inflammare debet: In quo agitur populi Rom. gloria, quæ vobis à maioribus, cùm magna in rebus omnibus, tùm ſumma in re militari, tradita eſt: Agitur enim ſalus ſociorum, atq; amicorum: pro qua multa maiores veſtri & grauia bella geſſerunt.

Aguntur certiſsima populi Romani vectigalia & maxima, quibus amiſsis, & pacis ornamenta, & ſubſidia belli requiretis, (*id eſt, carebitis, & eorum abſentia laborabitis*)

Demoſt. πόλεμος ἔνδοξος εἰρήνης αἰσχρᾶς αἱρετώτερος, *Bellum boneſtum turpi pace præferendum eſt.*

Sapienter Cicero *in hac oratione principio de genere belli, eiuſq; magnitudine loquitur, Bella enim Magiſtratus non niſi iuſta & neceſſaria gerat. Sicut autem legitimæ pœnæ latronum ſunt iuſtæ, ſic legitimum bellū, quod eſt depulſio latronum. aut pœna legitima, quam exercet magiſtratus, eſt iuſtum. De iniuſtis verò & non neceſſarijs bellis teneatur Pindari ſententia: Omitte pugnam, omitte præ-*

bitis.) Aguntur bona multorum ciuium, quibus eſt à vobis, & Imperatoribus Reipub. conſulendum. *(alij legunt Moderatoribus Reipub.)*

te prælium ſine Deo, ſi enim in legitimis bellis non ſemper conſilijs optati euentus reſpondent, quantò minus in bellis iniuſtis ſecundi rerum euentus ſperandi ſunt. Vnde Liuius, Melior eſt recta pax, quàm ſperata victoria. Et illud Saluſtij: Omne bellum facilè ſumitur, ſed ægerrimè definitur. Non eſt in eiuſdem poteſtate initium & finis. Item, Hom. Iliad. 6.

ξυνὸς ἐνυάλιος, καὶ τὸν κτανέοντα κατέκτα,

Mors eſt communis, facilè perimit perimentem.

νίκη ἐπαμείβεται ἄνδρας. *Nunc his, nunc illis contigit vincere. Nuſquam minus quàm in bello euentus reſpondet. Et Thucid.* ἥκιστα πόλεμος ἐπὶ ῥητοῖς χωρεῖ. *Lutherus de dicto Pſal. 68. Diſsipa gentes quæ bella volunt:* Da hüte dich für / *inquit.* der leuget nicht / vnd las dir das geſagt ſein / das du weit weit von einander ſcheideſt / wollen vnd müſſen / luſt vnd not. Luſt zu kriegen vnd wollen ſtreiten / las dich ja nicht anfechten / du ſeieſt gleich der Türckiſche Keiſer / harre bis not vnd müſſen kümpt / ohne luſt vnd wollen: Du wirſt dennoch zu ſchaffen gnug haben / vnd kriegens gnug kriegen.

Antequam igitur ad bellum proſiliatur, & exercitus conſcribantur, magiſtratus de his præcipuè membris prius cogitabit.

Primò, Ne ex leuitate, malitia, cupiditate vindictæ, aut alio priuato affectu bellum ſuſcipiatur, ſed vt fiat hoc ſumma neceſſitate vrgente ac cogente. Vnde in conſpectu ſit hæc celeberrima Scipionis vox, qui dicit: Nuſquam eſſe dimicandum, niſi cum aut neceſſitas ſit, aut ſumma oportunitas: Nam, vt Pindarus veriſſimè dixit Od. 4. Pythiorum: ῥᾴδιον μὲν γὰρ πόλιν σεῖσαι, καὶ φαυροτέροις: *Facilè eſt mouere Rempub. etiam peioribus, ſed rurſus eam in tranquillo ſiſtere difficilè eſt, niſi Deus gubernator ſit.*

Secundò, Non eſt inſtituendum bellum, ideò vt alienas opes, ditiones & alia bona inde poſſideamus, & acquiramus.

Tertiò, Videndum eſt, vt cauſa ſit bona & iuſta, non mala, non excogitata & ficta, ſcilicet, vera & notoria, Hinc Cicero ait: Suſcipienda bella ſunt ob hanc cauſam, vt ſine iniuria in pace viuatur. Et Liuius: Vbi iuſta cauſa, ibi ſemper victoria ſtetit. Item:

Cauſa iubet melior ſuperos ſperare ſecundos.

Et

——Tandem bona cauſa triumphat.

Quartò, Omni ſtudio cauendum, ne ſuſcipiatur bellum aduerſus legitimum, ſuperiorem &

ordinarium magiſtratum, etiamſi cauſa omnibus ſuis circumſtantijs videatur iuſta. Defenſio quidem aduerſus vim iniuſtam & manifeſtam conceſſa eſt, Sed vt inferior ſit autor belli, & initium faciat, minimè conceſſum eſt.

Cùm igitur Cicero, vt vir ſapientia & prudentia inſtructiſsimus, ſciret, longoq́ uſu didiciſſet, bella non neceſſariò & ex cupiditate quadam ſuſcepta, euentus triſtiſsimos, tragicos & infelices habere, præmittit iuſtiſsimas cauſas, quibus Rom. aduerſus Mithridatem bellum ſuſcipere cogantur.

Quibus amiſsis] *Quod ſit redacta prouincia in hoſtium poteſtate.*

Pecunia eſt { *Ornamentum pacis,* / *Subſidium belli.* }

Nam ſine pecunia bella adminiſtrari non poſſunt, vnde Cicero dixit: Maximus in Republica nodus eſt inopia rei pecuniariæ, Et Demoſt. 1. Olynth: δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἐστὶ γενέσθαι τῶν δεόντων. *Item, Diuitiæ ſunt nerui rerum.*

Aguntur bona ciuium] *Hector lib. 5, Iliad.*

——— Res eſt pulcherrima, mortem
Pro patria oppetere, & ſaluos præſtare penates,
Coniugia, infantes, leges, dulcesq́ parentes,
Morte ſua &c.

SEQVITVR PRIMVM membrum primæ partis Confirmationis.

Dixit Cicero: bellum Mithridaticum gerendum eſſe.

Primò, Agitur enim populi Romani gloria in hoc bello.

Secundò, Agitur in hoc bello de ſalute ſociorum & amicorum Romanorum.

Tertiò, Agitur de vectigalibus Romæ.

Quartò, Agitur de bonis multorum ciuium.

Intelligit autem Cicero, non ſatis eſſe has belli cauſas nudè & breuiter propoſuiſſe, ſed addendas eſſe probationes. Primò igitur ampliſſima & copioſiſſima oratione oſtendit, bellum aduerſus Mithridatem tale eſſe, quod meritò mouere, & animos Romanorum, qui ſemper gloriæ appetentes fuerunt, inflammare debeat. Dicit autem, in hoc bello periclitari gloriam Romani nominis.

Multùm autem refert, quo ordine ſingula argumenta in confirmatione collocentur, quare audiendus eſt hac in re Cicero, qui ſuadet, vt in principio confirmationis optima & validiſſima argumenta collocentur, In medio autem mediocria, In fine rurſus ponderoſa & efficacia.

Sic Cicero validiſſimum argumentum primo loco ponit, ſumptum ab honeſtate. Nihil enim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

honeſtius eſt, (niſi crudeles in nos famamq́; noſtram eſſe velimus) quàm gloriam & nominis celebritatem, à maioribus & parentibus acceptam, defendere ac tueri.

Vt autem res rectius intelligatur, hoc Syllogiſmo comprehendi poteſt:

In quocunq́; bello agitur de gloria Rom. nominis, illud eſt gerendum.

In Mithridatico bello agitur de gloria Romani nominis. Ergo.

Hoc bellum eſt gerendum.

Cicero, *more Rhetorum, Enthymemate vtitur, quòd huiuſmodi eſt.*

Bellum Mithridaticum inuſſit maculam veſtræ gloriæ ac laudi.

Ergo ſine mora gerendum eſt, & à vobis depellendum.

Antecedens amplificat ſeu probat: Mithridates enim multa millia hominum Rom. occidit, & nondum huius ſceleris dignas pœnas dedit, quod vobis Quiritibus turpe eſt. Deinde ſubijcit occupationem: Obijcere enim quis potuiſſet. Bis tamen triumphatum eſt de Mithridate, Cur igitur dicis, Regem nullas dediſſe pœnas? Ad hoc eruditè reſpondet Cicero. *Triumphatum eſt quidem de Rege, ſed is tamen prorſus non eſt profligatus, ſed ſemper relictus, ita vt poſtea non quieuerit, nouis enim copijs comparatis, iterum bellum aggreſſus eſt.*

Huic addit Cicero aliam rationem, quare gerendum ſit hoc bellum, à Minore ſumptam: Maiores enim noſtri bella geſſerunt propter nauiculatores ac legatos parùm offenſos, Ergo multò magis decet vos ſumere arma aduerſus Mithridatem, qui & multa millia Romanorum & legatum veſtrum interfecit &c.

Hac diſpoſitione conſiderata textum explicabimus.

Et quoniam ſemper appetentes gloriæ præter cæteras gentes atq; auidi laudis fuiſtis:

Expoſitio primæ partis, quod in hoc bello gloria populi Romani agatur.

Mithridates, ſicut ex Trogo annotauit Iuſtinus, de Romanis dicere ſolebat, verè illos iactare, conditores ſuos lupæ vberibus alitos, Nam omnem Romanum populum luporum animos habere, inexplebiles ſanguinis atq; imperij diuitiarumq; auidos ac ieiunos, vide Plinium lib. 7. cap. 25. & 26.

Delenda eſt vobis illa macula, Mithridatico bello ſuperiore ſuſcepta, (*ante 23. annos hoc factũ eſt, antequã hæc oratio recitata fuit*) quæ penitùs iam inſedit atq; inueterauit (quæ

Turpe & dedecoroſum eſt fortibus viris, iniuriam notabilem non uindicare. Mithridates quinquies bellum in Romanos inſtaurauit, & ex Romanis inter cæteros Manium Attilium cæpit,

(*quæ omnino adhæſit & quaſi vetus eſt facta*) in populi Rom. nomine. *cæpit, qui aurum fuſum & liquefactum potare coactus eſt.*

Semper appetentes gloriæ] *Romani ſemper gloriæ ſtudioſiſsimi fuerunt, vt omnes ferè hiſtoriographi teſtantur. Incipit autem Cicero, vt anteà monui, ab argumento omnium firmiſsimo. Quid enim eſt honeſtius, quàm gloriam & bonam famam tueri, Hinc eſt illud Iuriſconſultorum dictum: Fama & vita ijsdem paßibus ambulant. Et Germani dicere ſolent:* Groſſe Herrn laſſen ſich nicht gerne an den Bart greiffen. *Obſeruent autem hîc ſtudioſi grauiſſimum dictum Iſocratis de bona fama: Plus tibi curæ ſit, vt honeſtam famam, quàm diuitias ingentes liberis relinquas, Nam hæ mortales ſunt, Illa verò immortalis, & per famam comparari poſſunt opes, nunquam verò pecunijs fama redimitur. Item: Diuitiæ etiam improbis accidunt, ſed famæ gloria non poteſt niſi ſolis eximijs viris contingere.*

Eſt autem præclara laus Romanorum, quòd appetentes gloriæ fuerunt, de qua laude iuniores obſeruent Simonidis poëtæ verba apud Xenophontem in Tyranno, quæ latinè verſa ſic ſonant: Etenim mihi quidem ea re videntur homines cæteris animantibus antecellere, quòd honoris ſunt appetentes. Quippe cibo, & potu, & ſomno, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

rebus venereis æquabiliter omnia animantia fruuntur: at honoris & gloriæ ſtudium, neq; in beſtijs innatum eſt, neq; adeò omnibus hominibus. Quibus verò honoris & laudis amor eſt ingenitus, hi ſunt iam multò quàm pecudes & beſtiæ præſtantiores: Iam verò non homines modò, ſed viri exiſtimandi.

Delenda vobis eſt illa Macula] *Sciendum eſt, in initio huius belli Mithridatem Q. Oppium cæpiſſe, & in vincula conieciſſe: Manium Attilium, aſino inſidentem, Pergamum vſq; deduci iuſſiſſe, præeunte præcone, & proclamante, adeſſe Manium Attilium, eiq; vt Pergamum venit, aurum liquefactum in os infundi iuſſit, præfectis deinde Aſiæ vniuerſis mandauit, vt intra diem trigeſimum Romanos et Italos omnes ad vnum, viros, mulieres, pueros, qui in Aſia eſſent, trucidarent, & necatos ne ſepelirent, ſed eorum corpora feris obijcerent. Occiſa autem ciuium Rom. centum quinquaginta millia Plutarchus in vita Syllæ ſcribit, Valerius Maximus octoginta millia.*

Quod is, qui vna die, tota Aſia, tot in ciuitatibus, uno nuncio, atque vna literarum ſignificatione, tot ciues Romanos necandos trucidandosq;

Commemorat maculam, Rom: iniuſtam, de qua Appianus ſcribit, Mithridatẽ ſcriptis literis Aſiæ vrbium præfectis imperaſſe, vt intra triceſimum diem omnes Romanos

doſq; denotauit, nõ modò adhuc pœnã nullam ſuo dignam ſcelere ſuſcepit: ſed ab illo tempore annum iam tertium et vigeſimum regnat: & ita regnat, vt ſe non Ponto, neque Cappadociæ latebris occultare velit, ſed emergere è patrio regno, atq; in veſtris vectigalib. hoc eſt, in Aſiæ luce verſari.

manos Italosq; cum liberis & vxoribus trucidatos, beſtijs obijcerent dilaniandos, atq; inſepultos relinquerent. Et Valer. Maxim. Tàm Hercule, quàm Mithridatem Regem, qui vna Epiſtola octoginta millia ciuium Romanorum in Aſia per vrbes, negociandi gratia diſperſa, interemit, tantæq; prouinciæ hoſpitales Deos iniuſto ſed non inulto cruore reſperſit.

Occultare] *Vt non quieſcere & latere inter cancellas patrij regni velit: ſed excedere limites patriæ, & proferre fines imperij ſui.*

Etenim adhuc ita veſtri cum illo Rege contenderunt Imperatores, ut ab illo inſignia victoriæ (*vt ſunt monumenta, præda, Laurea triumphi*) non victoriam reportarent.

Occurrit obiectioni: An tam potens eſt, qui toties à noſtris Imperatoribus eſt ſuperatus? Et oſtendit Cicero, *non ita fractum & victum eſſe regem, vt pleriq; opinentur.* Sie haben jhn wol in die Flucht geſchla-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

geſchlagen/ aber nicht gar nider gelegt vñ verheret. *Tunc enim vera victoria reportatur de hoſte, cum ſupplex ſit, & non reſumit vires.*

Triumphauit L. Sylla, triumphauit L. Murena de Mithridate, duo fortiſſimi viri & ſummi Imperatores: ſed ita triumphauerunt, vt ille pulſus, ſuperatusq; regnaret.

Modum Romani triumphi lege in Plutarcho, in vita Pauli Æmilij & aliorum.

Veruntamen illis Imperatoribus (*Syllæ & Murenæ*) laus eſt tribuenda, quod egerunt: venia danda, quod reliquerunt, (*quòd cum non fuerunt perſecuti, donec omnino victus & repreſſus eſſet.*)

Inuidiam occupatione depellit.

In magnis voluiſſe ſat eſt. *

* *Si deſunt vires, tamẽ eſt laudanda voluntas.*

Et notum eſt Epitaphium Phaëtontis apud Ouid. in 2. Metam.

Hîc ſitus eſt Phaëton currus Auriga paterni.
Quem ſi non rexit, magnis tamen excidit auſis.

Et Seneca: Multùm ad rem pertinet, quo propoſito ad rem accedas &c. Et Alexander apud Plutarchum: Ingentia pleraque certamina, etſi ſucceſſum non habeant, dedecoris certè nullam notam incurrunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Propterea quod ab eo bello Syllam in Italiam Reſpub. Murenam Sylla re=uocauit, (*à bello Mithridatico.*)

Liuius refert, Syllam à bello Mithridatico reuocatum fuiſſe, cum Cinna, Carbo, Sertorius, Marius vrbem Romam hoſtiliter vaſtarent.

Murenam] *L. Murena à Sylla relictus cum duabus legionibus, vt res in Aſia componeret, cũ Mithridate autem infeliciter pugnauit. Hac de re Cicero in Oratione pro Murena his verbis ſcribit: Mithridatem L. Sylla maximo & fortiſsimo exercitu, pugna excitatum, non rudis Imperator, vt aliud nihil dicam, cum bello inuectum totam in Aſiam cum pace dimiſit: quem L. Murena pater huiuſce vehementiſsimè vigilantiſsimeq́ vexatum, repreſſum magna ex parte non oppreſſum reliquit.*

Mithridates autem omne reliquum tẽpus, non ad obliuionem veteris belli, ſed ad comparationem noui contulit.

Exponit occaſionem, qua Mithridates ſe à cladibus acceptis recreauit, ſuam potentiam auxit, & exercitum conſcripſit.

Noui contulit] *q. d. Bellum multò maius inſtaurauit, quia ſe cum Sertorianis ducibus fœdere coniunxerat. Ideò ſignificat Mithridatem non victum fuiſſe, ſed formidabilem potius eſſe factum.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Qui poſteaquam maximas ædificaſſet ornaſſetq́ claſſes, exercitusq́ permagnos quibuſcunq́ ex gentibus potuiſſet, comparaſſet, Boſphoranis, finitimis ſuis, bellum inferre ſimulaſſet, vſq́ in Hiſpaniam Legatos Ecbatanis miſit ad eos duces, quib. cum tùm bellum gerebamus, vt cum duobus in locis diſiunctiſsimis, maximeq́ diuerſis, vno conſilio a binis hoſtium copijs bellũ terra mariq́ gereretur: vos ancipiti cõtentione diſtracti, de imperio dimicaretis.

Claßis ein groſſe zal oder hauffen Schiffe / *vel*, ein Schiffzeug auff dem meer. *Ornare claſſem*, Die Schiff zu rüſten vñ bereiten.

Boſphoranis] *Ad Boſphorum habitantibus. Eſt Boſphorus Thracius ad Conſtantinopolim, Alter Cymmerius ad introitum paludis Mæotidis.*

Simulaſſet] *Aſtutia Mithridatis, Et obſerua ſtratagema Mithridatis. Talibus enim conſiliorum occultationibus & figuris contra hoſtes vti conceſſum eſt, vt Thucydid. lib. 5. inquit:* καὶ τὰ κλέμματα ταῦτα καλλίστην δόξαν ἔχει. *Vide Plutarchum in vita Sertorij de hac hiſtoria.*

Sic Annibal expugnaturus Saguntum, opulentiſsimam Hiſpaniæ ciuitatem, verſutè prius in Olcadum fines exercitum induxit, aliasq́ ciuitates

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

uitates domuit, vt non petiiſſe Saguntinos videri poſſet. Liuius lib. 1. ſecundi belli Punici.

Ecbatanis] *Hic locus vt corruptus ac mendoſus ab interpretibus annotatur. Aliqui verò ſic legunt: Vſq; in Hiſpaniam legatos cum Epibatis miſit: Paucarum literarum mutatio eſt. Mithridatem legatos in Hiſpaniam miſiſſe in nauibus, vel cum militibus claſsiarijs. Nam Epibatæ ſunt milites, qui in naues præſidij cauſa imponuntur, ſi vnquam dimicandum ſit. Hieronymi Arloti de hoc loco hæc ſunt verba: Ecbatanis legi non poteſt, ſatis enim conſtat ex tertia in Verrem actione, & ex Aſconio, Mithridatem eo tempore fuiſſe Sinope, quod oppidum in Ponto eſt, atq; ipſius Regis domicilium erat. Ecbatana autem Mediæ Metropolis à Strabone & Plinio ſcribitur. In quodam exemplari legatos & literas habetur. Ac Plutarchus in vita Sertorij ſcribit, hos legatos à Mithridate in Hiſpaniam ad Sertorium miſſos cum literis ac mandatis, ſic enim ſcribit:* πέμπει δὲ πρέσβεις ὁ Μιθριδάτης εἰς Ἠβηρίαν, γράμματα Σερτωρίῳ, καὶ λόγους κομίζοντας, δι' ὧν αὐτὸς μὲν ἐπηγγέλετο χρήματα, καὶ ναῦς παρέξειν εἰς τὸν πόλεμον.

Hotomianus autem Iuriſconſultus noſtræ ætatis clariſsimus hunc locum enarrans, ſic inquit: Strabo Mediam duas in partes diuidit; quarum alteram, inquit, maiorem vocat, cuius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

metropolis fuit Ecbatana ciuitas, et Medici Imperij caput, Media autem in Tigranis imperio, ad quem ipſe profugerat. Legatos ipſe nominat oratione Verrina 3. L. Magium & L. Fannium, qui à Mariano exercitu ad Mithridatem profugerant, vt Aſconius autor eſt.

Ad eos duces, quibus cum] *Intelligit Sertorium, L. Fannium &c.*

Duobus in locis diſiunctiſs.] *Id eſt, duobus locis maximo interuallo aquarum & terrarum diſiunctis, in Hiſpania et Aſia. Vide prudentiam Mithridatis in augenda potentia.*

Vno conſilio] *Scilicet Mithridatis & Sertorij fœderatorum, de delendis Romanis.*

Ab vnis hoſtium] *Scilicet Mithridatis & Sertorij copijs, conſentientibus de euertendis Romanis, Vide orat: pro Murena.*

Ancipiti] *Vos ne, an Sertorius & Mithridates imperarent.*

Sed tamen alterius partis periculum, Sertorianæ atq; Hiſpanienſis (quæ multò plus firmamenti, ac roboris habebat) Cn. Pompeij diuino conſilio, ac ſingulari virtute depulſum eſt.

Laudat obiter Pompeium cui hoc bellum mandari vult.

Vide apud Plutarchũ quomodo Q. Sertorius in conuiuio à M. Antonio & M. Perpenna occiſus ſit.

In al-

In altera parte *(in Aſia contra Mithridatem)* ita res à Lucio Lucullo ſummo viro, eſt adminiſtrata, *(ſic geſta eſt cōtra Mithridatem)* vt initia illa geſtarũ rerum *(quibus illum profligauit & ad Tigranẽ ire coëgit)* magna atque præclara, non felicitati eius, ſed virtuti: Hæc autem extrema *(quæ infeliciter geſta ſunt)* quæ nuper acciderunt *(cũ relictus eſt Rex)* non culpæ ſed fortunæ, *(cui auaritia exercitus Luculli occaſionẽ præbuit)* tribuenda eſſe videantur.

Initia] *Mithridatem enim prælio fudit in Pōto, vt ad extremam Armeniam profugerit ad Tigranem, quorum vtrunq; poſtea vno conſilio, vnis copijs in ſe inuadentem repulit et profligauit, Vide Flor. Plutarch. & Ap.*

Virtuti] *Nam quæ à virtute alicuius proficiſcuntur, laudi tribuenda ſunt, quæ verò à fortuna, vſq; adeò magnam gloriam non merentur.*

Et fortuna leuis medijs dominatur in armis.

Fortunæ] *Nam fortuna belli eſt mutabilis. Obſeruent hic ſtudioſi, quod Lucullus primò feliciter pugnauit contra Mithridatem, cumq; ex Ponto in Armeniam vſq; inſecutus eſt. Poſtremò verò Lucullus ſeditione militum impeditus eſt, ne Mithridatem et Tigranem perſequeretur,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

atq; ita victoriæ finem imponeret. Hanc hiſtoriam vide apud Liuium lib. 89. Item, vide Plutarchum in vita Luculli.

Sed de Lucullo] *Qui bellum contra Mithridatem geſſit.*

Dicam alio loco] *In poſtrema parte huius orationis.*

Et ita dicam, Quirites] *Simpliciter & vere.*

Vt neq; vera laus ei detracta oratione noſtra, neq; falſa afficta eſſe videatur.

Id eſt, vt nihil eius laudi detraham, & nihil quod falſum ſit adijciam. Eurip. in Iph. in Aulid: Αἰνούμενοι γὰρ οἱ ʼγαθοὶ, τρόπον τινὰ μισοῦσι τοὺς αἰνοῦντας, ἐὰν αἰνῶσ' ἄγαν. *Id eſt, Probi viri cum laudātur, quodammodo ſolent odiſſe laudantes, ſi immoderatius laudauerint.*

Sed pro veſtri imperij dignitate, atq; gloria, (quoniam is eſt exorſus orationis meæ) videte quem vobis animum ſuſcipiendum putetis.

Adhortatur Romanos, vt ſui nominis gloriam defendant, & conſtantem animum capiant. In orationibus Catilinarijs. Cicero Romam lucem orbis terrarum, & arcem omnium gentium appellat.

Maiores veſtri ſæpè mercatoribus, ac nauiculatoribus iniurioſi-

Pergit hoc membrum amplificare à minore ad maius, quaſi dice-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

rioſius tractatis, bella geſſerunt: vos, tot ciuium Rom. militibus, vno nuncio, atq; vno tempore necatis, quo tandem animo eſſe debetis?

diceret: De leui iniuria maiores veſtri bella ſuſceperunt, vos immanem illam crudelitatem, vobis à Mithridate illatam, non vindicabitis?

Singula autem verba Emphaſin habent in hac periodo.

Maiores] *Quaſi perſonæ digniores.*

Veſtri] *Inferiores.*

Mercatoribus] *Iniuria minor.*

Bella] *à numero.*

Vos] *à perſona populi.*

Tot] *Cauſa vindicationis, Eſtq́; ἄυξησις atrocis iniuriæ.*

Tot millibus] *à numero, videlicet centum quinquaginta millibus.*

Ciuium] *à perſonis indigniſs. trucidatis.*

Vno nuncio] *Modus & cauſa, videlicet vnius ſcripti edicto.*

Necatis] *Quod eſt indigniſsimum.*

Debetis] *Hæc interrogatio plurimum facit ad orationis acrimoniam.*

Interrogationes in dicendo magnum vſum habent. Inſeruiunt enim Aut

- *Aduerſationi.*
- *Miſerationi.*
- *Inſtantiæ.*
- *Indignationi.*
- *Admirationi.*
- *Dubitationi. &c.*

Hæc figura, ἐρώτημα *videlicet, præter id, quòd in Epilogis magnam vim habeat, re perſpicua & argumentis conuicta, etiam auditorem oratione aculeata excitat & monet, Quanquam in alijs quoq; orationem reddit viuidiorem. Eadem enim ſententia, per interrogationem prolata, plus habet vigoris, quàm ſimpliciter enunciata. Exempla in Cicerone habes plurima.*

Legati, quòd erant appellati ſuperbius, Corinthum patres veſtri totius Græciæ lumen, extinctum eſſe voluerunt: vos eum Regem inultũ eſſe patiemini, qui legatum populi Romani, Conſularem, vinculis, ac verberibus, atq; omni ſupplicio excruciatum, necauit.

Aliud argumentum à Minori ad Maius.

Legatum Græci ſcriptores πρεσβευτὴν *&* ὑποστρατηγὸν *nominant, quod eſſet tanquam vicarius Imperatoris* καλοῦσι δὲ πρέσβεις τοὺς ἡγεμόσι τῶν ἐθνῶν ἐκ τῆς βουλῆς ἑπομένους εἰς βοήθειαν, *Id eſt, Legatos vocant eos, qui præſides prouinciarum auxilij gratia comitantur, ait Appianus lib.* I. Ἐμφυλίων. *Hos Cicero in Vatinium, nuncios pacis ac belli, miniſtros muneris prouincialis appellat, Eoſdem Appianus in Mithridatico* ὑπηρέτας ἀπὸ τῆς βουλῆς, *miniſtros è ſenatu vocat.*

Legatus, vt libri Iuriſconſultorum habent, vices ſui Domini tenet, Eſtq́ eius vicarius.

Sacroſanctiſsimum honoratiſsimumq́ apud omnes gentes legatorum nomen erat.

Cicero in Verrinis, Etenim, inquit, nomen legati eiuſmodi eſſe decet, vt non modò inter ſociorum iura, ſed etiam inter hoſtium tela incolume ſeruaretur.

Darius cum miſiſſet legatos ad Athenienſes, aquam terramq́ petituros, cum Athenas veniſſent, alij in puteos, alij in barathrum deiecti ſunt, ſed poſteà eorum vrbs ſolumq́ vaſtatum eſt.

Legati quod erant] *Hanc hiſtoriam de legato Aquilio ſuperbius appellato ac inhumanius tractato lege in Epitome Liuij lib. 78.*

Corinthus deleta eſt à Romanis eodem anno quo Carthago, *anno vrbis 608. Fuit autem vrbs locupletiſsima, & emporium commodiſsimo loco ſitum ad Iſthmum Peloponneſi, inter duo maria: Ionium & Ægæum, medio ferè loco inter Italiam & Aſiam, Ideo mercatores ex plurimis regionibus, magna frequentia illic conuenire ſolebant. Vt autem ſemper potentiam comitantur luxus, libidines & multa ſcelera: ita Corinthi etiam omnis generis ſcelera impunè graſſabantur, vt Paulus* I. Cor. 6. *teſtatur. Eratis ſcortatores, Idolatræ, adulteri, molles, auari, ebrioſi, raptores, Et Strabo ſcribit, plures quàm* 1000. *puellas, in Veneris templo proſtitutas fuiſſe, Ex hac ſentina ho-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

na hominum libidine, luxu & omni viciorum genere pollutorum, æternam Eccleſiam ſibi Deus per miniſterium Pauli colligit. Actor. 18. 20. Corinthus à Lu. Mummio funditus euerſa eſt, Cic. lib. 3. Off. propter violationem legatorum, Flo. lib. 2.

Legatum populi Rom.] *Bap. Fulg. lib. 9. Mithridates Ponticus Rex ex crimine ipſo haud incongruo Marium Attilium Romanum legatum ultus eſt, cuius auaritia bellum in Mithridatem populus Romanus mouiſſe putabatur, Nam cum aſtu eum cepiſſet, inaurato ore, vt eius auaritia detegeretur, per regnum auerſum aſino inſidentem ducebat.*

Lumen] *Alludit ad dictum illius, qui Corinthum alterum Græciæ oculum, Athenas alterum appellabat.*

De cauſis autem mutationis & euerſionis ciuitatum & Regnorum, multa ſapienter diſputat Ariſtoteles in 5. Politicor, & ἀρχὰς τῶν στάσεων, *ex quibus mutationes vel interitus Rerumpub. ſequitur, inquit eſſe* ἀνισότητα, μόνον γὰρ μόνιμον εἶναι, τὸ κατ᾽ ἀξίαν ἴσον καὶ ἔχειν τὰ αὑτῶν. *Hæc etſi verè & ſapienter dicuntur, tamen ſuperiorem & principalem cauſam excidij ciuitatum & regnorum, ex ſacris literis ſcimus eſſe Idolatriam ſiue impietatem, relicto cultu veri Dei, & in verbo Dei mandato colentem Idola, & impios ac verbo Dei non præceptos vel*

probibitos cultus eligentem. Vt itaq; de vrbis Troianæ excidio Herodotus ſcriptum reliquit, ἡ Τρώϊα πανωλεθρίᾳ ἀπολομένη, καταφανὲς τοῦτο τοῖσι ἀνθρώποισι ἐποίησε, ὡς τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλαι εἰσὶν καὶ αἱ τιμωρίαι παρὰ τοῦ θεοῦ, *Ita omnium vrbium & regnorum euerſiones, & omnes totius generis humani calamitates, ſciamus de hac ipſa regula Iudicij diuini nos commonefacere: Quod atrocia ſcelera atrocibus pœnis puniantur.*

De excidijs autem florentiſſimarum & potentiſſimarum olim vrbium, hæc & ſimilia dicta obſeruentur:

——— Sic omnia verti
Cernimus, atq; alias aſſumere robora gentes
Concidere has: vt Ouidius canit,
Sic magna fuit cenſuq; viriſq;
Perq; decem potuit tantum dare ſanguinis annos,
Nunc humilis veteres tantum modo Troia rui-
Et pro diuitijs tumulos oſtendit auorum, (ras
Clara fuit Sparte: magnæ viguere Mycenæ:
Nec non & Cecropis, nec non Amphionis arces.
Vile ſolum Sparte eſt: altæ cecidere Mycenæ:
Oedipodioniæ, quid ſunt, niſi nomina Thebæ?
Quid Pandioniæ reſtãt, niſi nomen Athenæ. etc.

Vinculis ac verberibus. *Obſerua:*

I. *Vincire ciuem Romanum indignum eſt.*
II. *Verberare indignius.*

3. Omnis

III. Omnis ſupplicij genere excruciare indigniſsimum.

IIII. Necare omnium atrociſsimum eſt.

Illi libertatem ciuium Rom. imminutam (*ſcilicet à Tarentinis*) non tulerunt: vos vitam ereptam negligetis?

Tertia Amplificatio à Minori ad Maius.

Cic. Philip. 10.

Ita præclara eſt recuperatio libertatis, vt ne mors quidem ſit fugienda, repetenda libertate.

Ius legationis verbo violatum, illi perſecuti ſunt: vos legatũ pop. Rom. (*principis orbis terrarum*) omni ſupplicio interfectum, inultum relinquetis?

Verbo] μείωσις, *qua oſtendit etiam ob leuem iniuriam populum Rom. bella ſuſcepiſſe, idq́; iuſtè, Eſt enim viri fortis vim vi repellere, & iniuriam illatam vlciſci, ac timiditatis infamiam fugere, præſertim in cauſa publica.*

Videte, ne vt illis (*maioribus ac patrib. veſtris*) pulcherrimũ fuit, tantã vobis imperij gloriam relinquere: ſic turpiſsimũ ſit, illud quod accepiſtis, tueri & conſeruare non poſſe.

Concluſio ſuperioris loci: Quanta gloria ad maiores veſtros peruenit, quod iniuriam illatam vlti ſunt: tanta turpitudo ad vos defluet, ſi hanc iniuriam inultam prætermiſeritis. Ignauiam arguit poſteritatis, maiorum veſtigijs non inſiſtere. Et:

Non minor eſt virtus quàm quærere parta tueri. &c.

SECVNDA PRIMÆ Confirmationis pars, videlicet, quod in hoc bello Mithridatico agatur de ſalute ſociorum.

Quid? quod ſalus ſociorum ſummum in periculum ac diſcrimen vocatur?

II.

Probauit hactenus Cicero, in Mithridatico agi de gloria populi Romani, ſequitur nunc ſecunda pars primæ Confirmationis, in qua oſtendit, agi de ſociorum ſalute in hoc eodem bello, Et ſimul exponit petitionem ſociorum, de mittendo imperatore, & cauſas petitionis addit, quibus continetur laus Pompeij, Poſtremò ſubijcit adhortationem, vt Romani ſocios ſuos defendant. Eſt autem ſimplex & Dialectica diſpoſitio huius ſecundi membri hoc Syllogiſmo comprehenſa.

Magiſtratus ſalutem ſuorum ſociorum defendere debet.

In bello Mithridatico agitur de ſalute ſociorum Rom. Imperij.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Ergo Romani ſuos ſocios contra Mithridatem defendere debent.

Cicero pro hoc Syllogiſmo, breuitatis cauſa, tale Enthymema poſuit.

Sociorum ſalus periclitatur in bello Mithridatico. Ergo, Arma vobis neceſſariò ſumenda ſunt, ad tuendos ſocios.

Antecedens probat & illuſtrat exemplo Ariobarzanis, Regis Cappadociæ, & ſocij populi Romani, qui regno pulſus eſt, Mithridate & Tigrane Aſiam occupantibus.

Deinde amplificat hoc antecedens occupatione, quaſi diceret: Si volunt ſibi mitti Põpeium, quare hoc non apertè petunt? Reſpondet Cicero: Non audent, quia alius miſſus eſt, Sed hoc idem arbitrantur ſocij, quod & vos Quirites ſentitis, videlicet, vnum Pompeium omnibus inſtantibus periculis ſuccurrere poſſe.

Poſtremò probat et conſequens huius Enthymematis à Minori: Maiores veſtri nulla iniuria prouocati, propter ſocios cum multis bella geſſerunt, Ergo multò magis vos iniuriam paſſi, & ſocios & laudem veſtram tueri debetis. Iam textum videamus.

Quid? quod ſalus ſociorum ſummum in periculum, ac diſcrimen vocatur?

Eſt antecedens Enthymematis.

 Regno

Regno expulſus eſt Ariobarzanes Rex, ſocius populi Rom. atq; amicus:

Probatio antecedentis. Quaſi diceret: Socius à ſocio iuuandus eſt.

Imminent duo Reges (*Mithrid. & Tigr.*) toti Aſiæ, non ſolùm vobis inimiciſsimi, ſed etiam veſtris ſocijs atq; amicis.

AriobarZanes eſt veſter ſocius. Ergo à vobis eſt iuuandus.

Eſtq; hìc pulcherrimus locus communis, qui monet magiſtratum, vt omnia ſua conſilia ad ſalutem ſubditorum dirigat, veluti Neſtor apud Hom. lib. 3. Odyſſ. ſuam cum Vlyſſe coniunctionem ad Reipub. ſalutem directam fuiſſe prædicat, his verſibus:

Non in conſilijs vnquam populiúe corona
Ore ſumus vel iudicio diuerſa ſecuti,
Sed nobis eadem mens & ſententia concors,
Fecit nos populo ſic conſultare Pelaſgo
Vt fierent ſemper pro veſtris optima votis.

Et Hectoris concio apud Homerum ιλ. ο. digna conſideratione eſt, quæ hac Paraphraſi reddita eſt à Philippo.

Conferti naues animis ingentibus inter
Quiſq; ſuo pugnate loco, nec vulnera quiſquam,
Seu mortis fugiat pauida formidine victus,
Sed iaceat, fati ſi quem ſors dura peremit,
Pro patria magnum decus eſt effundere vitam.
Nam reliqui ciues noſtra virtute teguntur,

Et ſal-

Et ſaluæ interea matres natiq́ manebunt,
Qui ſunt ætatis venturæ ſemina & vrbis,
Templa manent legesq́ bonæ, pietasq́ pudorq́,
Et tunc quiſq; ſuis rebus fundisq́ fruetur,
Cum pulſi fugient hoſtes in patria regna.

Apud Liuium Deca. 4. lib. 3. cum in Nemeis, Græcis à T. Quintio αὐτονομία *vniuerſæ Græciæ promiſſa eſſet, hac oratione Romanos celebrant: Eſſe vnam eam in terris gentem, quæ ſua impenſa, ſuo labore ac periculo, bella gerat pro libertate aliorum, detq́ operam, ne quod toto orbe terrarum iniuſtum imperium ſit, & vbique Ius, fas, lex, potentiſſima ſint, &c.*

Socius populi Rom. atq; amicus] *Hoc quanti fuerit, ſcribit Hotomanus, ex his Liuij verbis intelligitur ex lib. 31. Itaq; pacem illi prius petendam à populo Rom. eſſe, quam vt Rex, ſociusq́ et amicus appelletur, nominis eius honorem pro magnis erga ſe regum meritis dare populum Rom. conſueuiſſe. Præterea ex verbis Cæſaris, qui lib. 1. de bello Gallico ſic ſcribit, vbi eò ventū eſt, Cæſar initio orationis ſuæ ſenatusq́ in eū (de Ariouiſto loquitur) beneficia cōmemorauit, quod rex appellatus eſſet à ſenatu, quod amicus, quod munera ampliſſima miſſa, quam rem & paucis contigiſſe, & à Romanis pro maximis hominum officijs conſueuiſſe tribui dicebat. Illud autem animaduerſione dignum, quod Dionyſ.*

Halicar.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Halicar. Liuius, Appianus, & Tacitus teſtantur, Regibus appellatis ſenatum dona mittere ſolitum auream coronam, auream pateram, Sellam curulem eburneam, & Scipionem eburneum, togam pictam, & palmatam tunicam &c.

Ciuitates autem omnes (Aſiaticæ) cunctæ Aſia, atq; Græcia, veſtrum auxilium expectare propter periculi magnitudinem coguntur,

Amplificatio Minoris, à petitione ſociorum.

Imperatorem à vobis certum depoſcere, (*vt Pompeium*) cùm præſertim vos alium (*Lucullum vel vt alij volunt Glabrionem*) miſeritis, neq; audent, (*propter eum qui miſſus eſt*) neq; ſe id facere ſummo ſine periculo poſſe arbitrantur.

Occupatio, ſi volunt ſibi mitti Pompeium, quare non apertè petunt? Reſponſio: Non audent, quia alius miſſus eſt. Et ſi reſciuerit, qui miſſus eſt, ſe contemni à ſocijs, & alium depoſci, grauiter iſtum ſui contemptum in ſocios vlturus eſſet.

Vident & ſentiunt hoc idem, quod & vos, (*ſentitis ò Quirites*) vnum virum (*Pompeium*) eſſe in quo ſumma ſint omnia (*omnes Imperatoriæ virtutes*) & cum propè eſſe (*in vici*

Vt ſunt, ſcientia rei militaris, Animi magnitudo, Autoritas, fœli

vicinia enim bellum gerit contra piratas) quo etiam carent ægriùs: (quo magis etiam cupiunt ipſum) cuius aduentu ipſo, atq; nomine, tametſi ille ad maritimum bellum venerit, tamen impetus hoſtium repreſſos, (ſcilicet metu Pompeij) eſſe intelligunt, ac retardatos.

fœlicitas, continentia, humanitas, manſuetudo &c.

Pompeius contra Piratas miſſus eſt, quod bellum mira celeritate intra quadraginta dies abſoluit.

Hi vos, quoniam liberè loqui non licet, tacitè rogant, vt ſe quoq; ſicut cæterarum prouinciarum ſocios, dignos exiſtimetis, quorum ſalutem tali viro (*Pompeio*) commendetis: atq; hoc etiam magis (*ſcilicet dignos ſe putetis*) quam cæteros, quòd eiuſmodi in prouinciam homines (*tales præfectos mittimus in Aſiam*) cum imperio mittimus: vt etiamſi ab hoſte defendant: tamen ipſorum aduentus

Tali viro] *In quo, vt dixit, ſumma ſunt omnia.*

I. στρατηγικὴ ἢ πολεμικὴ τέχνη.

II. Ἀρετή.

III. Ἀξίωμα.

IIII. Εὐτυχία.

Eiuſmodi homines] *Notat rapacem & auarum aliquem prætorem.*

tus in vrbes ſocio- rum, non multum ab hoſtili expugnati- one differunt.

Id eſt, Non minus rapaces & iniurij ſunt in ſocios, quàm hoſtes, veniunt enim maxi- mis ſumptibus magnoq́ apparatu. Notat autem Syllam, qui indignis ex- pilationibus Aſiam antea grauârat

Hunc *(Pompeium)* audiebant, antea, nunc præſentem vident, tanta temperantia, tanta manſuetudine, tanta humanitate, vt ij bea- tiſsimi eſſe videantur, apud quos ille diutiſsi- mè commoratur.

Laudat Pompeium â temperantia, Manſue- tudine & humanitate, quæ ſunt Imperatoriæ virtutes præcipuæ.

ἡ ἐγκράτεια *in cibo, potu & alienis reb. cernitur.*
ἡ πρᾳότης *in pœnarũ remiſſione ac mitigatione.*
ἡ φιλανθρωπία *in congreſſibus ac compellatio- nibus potiſſimum ſpectatur.*

Tanta temperantia] *Quæ maximè ornat principem, Eſt enim virtus, quæ ſeruat modum in cibo & potu, Cicero in partitionibus: Nemo liberis hominibus rectè poterit imperare, niſi pri- mùm ſuis cupiditatibus imperauerit, & volu- ptates ſpreuerit. Sic, vt in hiſtorijs legitur Pom- peius è tot pellicibus Mithridatis, quæ multis in bellis captæ eſſent, nulli ſe miſcuit, ſed intactas omnes parentibus neceſſarijsq́ remiſit.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Cyrus apud Xenophontem ad milites inquit, Hi, qui repentinis abſtinent voluptatibus, non id agunt, vt lætentur nunquam, ſed vt per hanc continentiam multò maiore in poſterum tempus læticia afficiantur. Plures inſignes ſententias de hac virtute non adſcribam.

Tanta manſuetudine] *Manſuetudo eſt virtus, quæ moderatur iracundiam & vindictæ cupiditatem, remittit offenſiones, & condonat etiam veras iniurias, publicæ concordiæ cauſa.*

Cyri & Ageſilai apud Xenophontem tanta prædicatur manſuetudo, vt in ſummo imperio non modò nihil ſæuum & crudele facerent, ſed etiam ne verbum quidem aſperius efferrent.

Claudianus:

——Nam cùm vincamur ab omni
Numine, ſola Deos æquat clementia nobis.

Tanta humanitate] *Humanitas eſt Iuſticia, copulata cum comitate, manſuetudine, beneficentia, affabilitate & ſimilibus. Toruitas ſeu moroſitas, quæ duriter alloquitur & faſtidiosè audit alios, difficulter officia præſtat, & quanquam interdum benefaciat alijs, tamen in ſermone, vultu, geſtu, nullam ſuauitatis vel beneuolentiæ ſignificationem erga alios oſtendit. Hinc Ouidius:*

Dextera præcipuè capit indulgentia mentes,
Aſperitas odium ſæuaq; bella mouet.

Odimus

Odimus accipitrem, quia ſemper viuit in armis,
Et pauidum ſolitos in pecus ire lupos.

Exempla humanitatis illuſtria ſunt in Alexandro Magno, quem ſcribit Plutarchus & iuſtum & beneficum ac ſuauiſſimum omnium Regum in familiari conſuetudine, & omnibus gratijs ornatum fuiſſe.

Humanitatem Plato in tres partes diuidit.

- *I. Quæ fit per ſalutationem.*
- *II. Cum ærumnoſo auxilium opemq́ ferimus.*
- *III. Quæ conuiuiorum frequenti congreſſu conſtat.*

Gobrius, cùm Cyro dixiſſet, præſtare quidem ipſum re militari, ſed multò magis humanitate per Iouem, inquit Cyrus, multò mihi eſt iucundius humanitatis, quàm rei bellicæ opera demonſtrare.

Paulus Æmilius, cùm ad ſe captiuus Perſes adduceretur, procumbentem ipſum dextera alleuauit, ſermoneq́ græco ad ſpem exhortatus eſt, ac etiam dignatus menſæ honore, Quod feciſſe Pompeium Tigrani, reſtituto etiam regno, legimus &c.

Wenn Gott ein Landt ſegnet / ſo

gibt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

gibt er einen klugen Fürſten / der friede helt / Widerumb / wenn Gott ein Landt ſtraffen vnd plagen wil / ſo gibt er einen Tyrannen vnd Wütener / der alles ohne Rath mit der Fauſt wil ausrichten.

Vnde hos verſiculos olim fecimus:

Felices vrbes, & regna beata putabis,
Pacificus Princeps quæ regit atq; tenet.
Qui virtutis amans virtutem præficit aulæ,
Et vult iuſticiam dicere iura ſuis.
Econtra nimium ſunt infelicia regna,
Et mox cum luxu deperitura ſuo:
Quæ tenet indomitus princeps, cui ſæua Tyrannis
Cuiq; voluptatum fœda libido placet.
Qui nil conueniens iuri, nil legibus æquum,
Sed ſuadente ſuo cuncta furore facit.
Talem ſumme Deus prohibe à regionibus hoſte!
Quæ reſonant verbi dogmata pura tui.
Ipſe magiſtratus noſtri ſic corda guberna,
Vt ſit iuſticiæ, ſit pietatis amans.
Præmia præſentis vitæ vitæq; futuræ,
Iuſticia & pietas non peritura ferent.

Et obſeruent Iuniores verſus Stigelij.

Legitimo princeps populum qui Iure gubernat,
Hoc decus officij debet habere ſui.
Sit vir magnanimus, ſapiat clementer agendo,
Sit patriæ, veræ ſit pietatis amans.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Sit grauis, & placidus, Iuris moderator et æqui,
Quicquid agit, vero cedat vbiq; Deo.

Quare ſi propter ſocios nulla ipſi iniuria laceſsiti Maiores veſtri cum Antiocho, cum Philippo, cum Aetolis, cum Pœnis bella geſſerunt: quanto vos ſtudio conuenit iniuriis prouocatos, ſociorum ſalutem, vnà cum imperij veſtri dignitate defendere?

Concluſio huius membri.

Cum Antiocho] *Bellum aduerſus Antiochum regem à Romanis geſtum ſcribũt Liuius lib. 3. 4. Iuſtinus lib 31. Appian in Syrio. Gellius cap. 55. Plutarch. in vita Scipionis. Plin. cap. 34. de viris illuſtribus &c.*

Antiocho autem Regi Syriæ, qui cum Ætolis ſocietate facta Græciæ ciuitates fœderatas bello vexabat, & Lyſimachiam vrbem in littore Thracio ſitam repetebat, populus Rom. Attilio Glabrione duce bellum intulit.

Cum Philippo] *De bello Macedonico primo, ſecundo, tertio, contra Philippum, lege Liuium lib. 32. 33. 34. Iuſtinum lib. 29. 30. Item Liuium lib. 40. Iuſtinum lib 33. Plutarchum in Paulo Æmilio. Item Flor. 50. Romani Philippo Macedoniæ regi, quòd Athenas ſociorum vrbem obſideret, bellum intulerunt.*

Cum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Cum Aetolis] *Bellum Ætolicum deſcribunt Liuius lib. 38. ab vrbe condita, Iuſtinus lib. 32. Appianus in Syrio. Plinius cap. 52. de viris illuſtribus. Eutopius &c.*

Cum Pœnis] *Tria in hiſtorijs bella Punica numerantur.*

Primum bellum punicum inceptum eſt anno 478. ab vrbe condita, teſte Liuio in principio 3c. De hoc primo bello punico lege Florum lib. 16. Abbre.

Secundum bellum punicum deſcribit Liuius tota Decade 3. Plutarchus in vita Fabij maximi, Scipionis ſuperioris, M. Marcelli, Hannibalis, Flamminij &c.

Tertium bellum punicum ſcribunt ferè omnes hiſtoriographi. Florus 47. & 49. Abbreuiationum. Appianus in Libico. Plutarchus in vita Catonis Cenſ. Oroſius cap. 22. & 23. 4. lib. Liuius lib. 49.

Romani Pœnis, Appio Claudio duce, primum bellum fecerunt propter ciuitatem Meſſanam fœderatam, quam illi, ſocietate cum Hunnone Syracuſanorum Tyranno facta, oppugnabant. Vide Polybium, Liuium & Appianum.

TERTIA PARS PRImæ partis Confirmationis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Hactenus à laudabili & ab honeſto probauit, bellum Mithridaticum eſſe ſuſcipiendum, nunc ſuadet ab vtilitate publica. Sitq́ talis Syllogiſmus: In quocunq́ bello agitur de vectigalibus & opibus Romanorum, illud neceſſariò gerendum eſt:

In hoc bello agitur de certiſsimis vectigalibus Romanorum, Ergò

Hoc bellum Mithridaticum ſeu Aſiaticum erit gerendum.

Cicero vtitur hoc loco Enthymemate, quod tale eſt:

Maxima veſtra vectigalia in Aſia ſunt, eaq́ in periculo ſunt propter bellum Mithridaticum. Ergo neceſſariò bellum ſuſcipiendum eſt, vt hoſtes arceantur.

Antecedens amplificat ratione per collationem, confert enim Aſiam cum cæteris prouincijs, & dicit, cæteras prouincias vix ea ſoluere tributa, quibus defendi poſsint, Aſiam verò eſſe longè vberrimam & fertiliſsimam, ideoq́ eam eſſe defendendam.

Hanc rationem deinde amplificat alia ætiologia, & dicit: Quæſtores, publicanos, & eos, qui penſitant vectigalia, metuere omnium rerum amiſsionem, hoſtibus in Aſiam venientibus, indeoq́ eos vectigalia ſoluere & quærere non poſſe, niſi defendantur, Quare ſi vectigalia ſalua

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

eſſe debent, illi, qui ea colligunt & ſoluunt, ſunt defendendi.

Præſertim cùm de maximis veſtris vectigalibus agatur.

III. Membrum de vectigalibus, Antecedens.

Nam cæterarum prouinciarum vectigalia, Quirites, tanta ſunt (*id eſt, tam parua ſunt*) vt his ad ipſas prouincias tutandas, vix contenti eſſe poſſimus, *id eſt, non ſatis ſint in ſumptus magiſtratuum, qui eas regunt.*)

A comparatione, qua magnitudo vtilitatis oſtenditur, quæ ex prouincia Aſia prouenit ad Rempub.

Aſia verò tam opima eſt & fertilis, vt & vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine paſtionis, & multitudine earum rerum, quæ exportantur, facilè omnibus terris antecellat.

Enumerat bona, quibus abundat Aſia.

Aſia antecellit reliquis prouincijs.
- *I. Vbertate agrorum.*
- *II. Varietate fructuum.*
- *III. Magnitudine paſtionis.*
- *IIII. Multitudine earum rerum quæ exportantur.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Aſia igitur præ reliquis prouincijs eſt defendenda, vt ſoluat vectigalia ex
- I. Portu. *Ex multitudine earum rerum, quæ exportantur.*
- II. Decimis. *Ex vbertate agrorum, & varietate fructuum.*
- III. Scriptura. *Ex magnitudine paſtionis, ſiue ex publicis paſcuis.*

Itaque hæc vobis prouincia, Quirites, (ſi belli vtilitatem, et pacis dignitatem ſuſtinere vultis) non modò à calamitate, ſed etiam à metu calamitatis eſt defendenda.

Conſequens.

Cicero in Verrinis dicit, pleroſq; Imperatores & prætores in Aſia parum temperanter ſe habuiſſe. Pecunia eſt neruus belli, & ornamentum Reipub. Aliqui pecuniam ſanguinem animamq; mortalibus eſſe dixerunt, quibus qui careat, mortuus inter viuos viuit, &c. Salomon. Pecuniæ obediunt omnia, &c.

Nam cæteris in rebus, cùm venit calamitas, tùm detrimentum accipitur, at in vectigalibus, non ſolùm aduentus mali, ſed etiam metus ipſe adfert calamitatem.

Ratio, quæ ſumitur à diſsimili, cur non ſolùm à calamitate ipſa, ſed etiam à metu liberandi ſint Aſiatici.

Cicero

Cicero ad Q. F. Nulla eſt imperij tanta vis, quæ premente metu poßit eſſe diuturna.

Oſtendit igitur Cicero, quantum mali ſecum trahat bellum, non enim ſolùm præſens calamitas & interceptio vectigalium, ſed etiam timor adfert calamitatem.

De pacis dignitate et vtilitate Iuniores verſus Mantuani meminerint:

Pax hominum genetrix, pax eſt cuſtodia rerum,
Pax aperit Iuris Iuſticiæq; forum.
Gloria pace minor, minor eſt victoria pace,
Atq; aliquid peius pace Triumphus habet.
Nulla quies homini, nulla eſt ſine pace voluptas,
Nullus amor, nullum relligionis opus.
Pax vrbes, pax regna ligat, pax congregat orbẽ,
Fiat vt ex multis vrbibus vna domus.
Secula pax renouat, pax aurea tempora portat,
Et mores priſcæ ſimplicitatis habet.

Nam cum hoſtium copiæ non longè abſunt, etiamſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur.

Ratio, quæ continet enumerationem, ex quibus vectigal capiebatur, & quæ damnum ſentiunt ſolo bello nuncio allato.

Agricultura deſeritur, Mercatorum nauigatio conquieſcit (*id eſt, negociatio & rerum exportatio quieſcit; vnde vectigal portorium capiebatur.*)

Notum eſt, Aſiam fuiſſe prouinciam Romanorum, & illis certa vectigalia penſitaſſe

- *Vel ex portu, portorium,*
- *Vel ex aratione decumas,*
- *Vel ex paſtione ſcripturam.*

Hæc vectigalia cùm Romani magiſtratus & Quæſtores ipſi exigere per alia negocia non poſſent: locabantur publicanis, maximè portoria, quæ ipſi certa pecuniæ ſumma redimebant, & inde à mercatoribus Aſiaticis etiam ſuo cum quæſtu exigebant.

Ita neque ex portu (*vbi expendunt vectigal pro mercibus, quæ exportantur*) neque ex decimis (*quia cultus agrorum impeditur*) neque ex ſcriptura (*ex pecudibus*) vectigal conſeruari poteſt.

Scriptura] *Eorum ratio, qui agros publicos conducebant, & paſtoribus deinde locabant, capientes pecuniam pro paſtione, ſcriptura dicebatur.*

Quare ſæpè totius anni fructus, vno rumore periculi, atq; vno belli terrore amittitur. *Concluſio.*

Quo tandem animo eſſe exiſtimatis, aut *Amplificatio concluſionis, qua mouet affectus*

eos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

eos qui vectigalia vobis penſitant? aut eos, qui exercent, atq; exigunt? (*id eſt publicani*)

affectus commemoratione timoris, quo excruciantur Equites Romani, vectigal exigentes, propter vicinum hoſtem, quòd ipſorum fortunæ periclitentur.

I. Cùm duo Reges cum maximis copijs propè adſint?

Cauſa timoris.

II. Cùm vna excurſio equitatus, (**ein einfal der Reuter**) perbreui tempore, totius anni vectigal auferre poſsit?

III. Cùm publicani familias maximas quas in ſaltibus habent, quas in agris, quas in portibus, atq; cuſtodijs, magno periculo ſe habere arbitrentur?

In ſalinis] *Hunc locum corrigit Hotomanus et potius in ſalictis aut ſaltibus quã ſalinis legendum eſſe exiſtimat, ſalictorum enim nomine paſcua, quæ plerũq; ſalicibus conſita ſunt, non difficile eſt intelligi.*

In agris] *vbi decimas exigunt.*

In portibus] *vbi vectigal accipiunt.*

Putatiſnè vos illis rebus frui poſſe, niſi eos, qui vobis fructuoſi

Concludit amplificatiunculam, & coniungit publicũ incommodum

oſi ſunt, (*prouinciales homines et publicani*) cō ſeruaueritis: nō ſolùm (vt ante dixi) calamitate, ſed etiam calamitatis formidine liberatos?

modum cum priuato. Iuxta hunc verſum: †

† *Intrant in Thalamos publica damna tuos.*

Calamitate] *Id eſt, vi bellica, ſed & metu periculi bellici.*

QVARTA PARS PRIMI MEMBRI CONFIRmationis, de genere belli, in quo multorum ciuium bona in diſcrimen adducta eſſe confirmat.

Boni oratoris eſſe in Rhetorica diximus, partes eo ordine, quo propoſitæ ſunt, tractare. Gratum igitur eſt hoc loco videre, quàm continuè ac eleganter Cicero eo ordine, quo propoſuit, cauſam exequatur. Dixi ſuperius, validiora & neruoſiora argumenta primo et vltimo loco ponenda eſſe, quod & Cicero pulchrè in hoc loco ſeruauit. Pleroſq; enim vtilitates communes & publica commoda minus mouent, quàm priuatæ commoditates & propria vtilitas, ideoq; hoc argumentum ad extremum ſibi reſeruauit, vt ſi

populum ad defenſionem auitæ gloriæ, ſalutis ſociorum & publicorum vectigalium permouere non poſsit, illis ipſis rebus, exuſcitet tamen eum & inflammet periculi ciuium multorum priuatorum denunciatione. Hortatur itaq; hoc poſtremo argumento Quirites, vt ciuium rationem habeant diligenter. De hoc officio magiſtratus obſeruent ſtudioſi grauiſsimam Ciceronis ſententiam: Vt gubernatori curſus ſecundus, medico ſalus, Imperatori victoria, ſic moderatori Reipub. beata ciuium vita propoſita eſt, vt opibus firma, copijs locuples, gloria ampla & virtute honeſta eſſe poſsit. Sit quoq; in conſpectu ſplendida Achillis oratio apud Homerum.

Sicut auis, quæ pro pullis implumibus ipſa
Euolat, & paſtum miſeris parat: haud ſecus ipſe
Pro Danais mala multa ferens, quot ſæpe peregi
Peruigiles noctes: & luces Marte cruentas?
Aſsiduè dum bella gero, dum prælior ipſe
Proq; viris & coniugibus Danaumq; ſalute.

Nunc de diſpoſitione Rhetorica huius argumenti dicam.

Dialecticus ſimpliciter hoc Syllogiſmo rem propoſuiſſet.

Bona ciuium & ſubditorum aduerſus iniuſtam irruptionem ſunt defendenda.

In hoc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

In hoc bello Mithridatico fit irruptio in bona ciuium Romanorum. Ergò

Ciues ſunt defendendi, & ab iniuſta irruptione vindicandi.

Cicero more oratorum vtitur Enthymemate hoc modo.

Bellum Mithridaticum periculoſum eſt bonis ciuium Romanorum.

Ergo omni ſtudio profligandum eſt, ne bona ciuium aliquid detrimenti accipiant. Antecedens illuſtrat diſtributione ciuium, ſcilicet, publicanorum, negociatorum & eorum, qui ex ſuis commodis magnas pecunias in Aſiam contulerunt, horum bona Quirites tueri debent. Addit poſtea rationem: Eſt enim hoc humanitatis & ſapientiæ gubernatorum, vt ciues defendant, Prætereà calamitas publicanorum ad Rempub. pertinet.

Ac ne illud quidem vobis negligendum eſt, quod mihi ego extremum propoſueram, cum eſſem de belli genere dicturus: quod ad multorum bona ciuium Romanorum pertinet, quorum vobis

IIII.

Pars primæ partis confirmationis: Agi in hoc bello bona multorum ciuium.

Auſ:

Tu Patrem ciuemq́, geras, tu conſule cunctis.

pro

pro veſtra ſapientia Quirites habenda eſt ratio diligenter.

Nam & publicani, homines honeſtiſsimi, & ornatiſsimi, ſuas rationes, & copias, (*opes & facultates*) in illam prouinciam (*Aſiam*) contulerunt, quorum ipſorum per ſe res & fortunæ vobis curæ eſſe debent.

Enumeratio ciuium, quorum res aguntur in Aſia defendendæ populo Romano.

Rationes pro facultatibus & rebus omnibus ad quæſtum pertinentibus dictum puto.

Etenim ſi vectigalia neruos eſſe Reip. ſemper duximus, eſt certè ordinem, qui exercet illa, firmamentum cæterorum ordinum rectè eſſe dicemus.

Sit talis Syllogiſmus: Quicunque ordo firmamentum cæterorum eſt ordinum, eius res & fortunæ vobis curæ eſſe debent. Ordo equeſtris, qui exercet vectigalia, eſt firmamentum cæterorum ordinum, Ergo eius ordinis res & fortunæ vobis curæ eſſe debent.

Firmamentum] *Nam Græci rectè dicunt, Χρήματα νεῦρα τῶν πραγμάτων. Item, Regina pecunia rerum. Cicero in oratione pro Planco. Flos equitum Romanorum ornamentum ciuitatis,*

tis, firmamentum Reipub. publicanorum ordine continetur.

Cæterorum ordinum] *Tres ordines Romæ fuerunt: Equeſtris, Senatorius & Plebeius: de quibus in quarta oratione Catilinaria diximus.*

Facultates ciuium variè vocat,
- *Bona.*
- *Rationes & copias.*
- *Res & fortunas.*
- *Pecunias.*
- *Res magnas.*
- *Rem, atq; fortunas.*
- *Fortunas.*

Item obſerua copiam in verbis.

Suas rationes & copias in illam prouinciam contulerunt. Et

Suas & ſuorum in ea prouincia pecunias collatas habent. Item,

Illud vobis negligendum non eſt,

Ciuium habenda ratio eſt diligenter,

Quorum res & fortunæ vobis curæ eſſe debent.

Quibus vos abſentibus conſulere debetis.

Magnum eorum ciuium numerum calamitate prohibite.

Ab hoc periculo prohibete Rempub.

Deinde cæteris ex ordinibus homines	*Cicero mercatores homines gnauos & induſtrois*

gnaui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

gnaui, et induſtrij partim in Aſia negotiantur, quibus vos abſentibus conſulere debetis, partim ſuas, & ſuorũ in ea prouincia pecunias magnas collatas habẽt, (*videlicet in ſocietatibus & negotiationibus*) *vide Plut. in vita Luculli.*

ſtrios vocat, nominibus ſanè honeſtiorib. quàm eoſdem Theon Sophiſta appellauit, qui ſic inquit: Mercatores periurijs rem augent, & artificium quæſtus in contemptu Deorum *exercent, nauigantq́ ad omnes vrbes, facientes improbitatis opus, mentientes, decipientes, fraudantes, atq; is qui horum eſt peritiſſimus, domum locupletiſſimus redit.*

Erit igitur humanitatis veſtræ, magnum eorum ciuium numerum calamitate prohibere: ſapientiæ, videre multorum ciuium calamitatem à Republica ſeiunctam eſſe non poſſe.

Illatio qua enumerat ciues quorum fortuna periclitatur.

Bonus magiſtratus ſit cuſtos pacis, defendens corpora & facultates ſubditorum contra iniuſtam violentiam, depulſis latrocinijs, & hoſtibus, vt Alphonſus Rex Neap. habuit Symbolum, Pelicanum roſtro elicientem ex pectore ſanguinem ad pullos paſcendos, & addidit hanc inſcriptionem: Pro LEGE *& pro* GREGE.

Et

Et apud Danielem *pingitur princeps, vt arbor, ſub qua ſubditi paſcuntur. Et Xenophon: Princeps ſubditos præcedat, non dolo & ocio, ſed prouidentia & induſtria. Et Cicero lib. 2. de Orat. Nihil eſt tàm regium, tàm liberale, tamq́; munificum, quàm opem ferre ſupplicibus, excitare afflictos, dare ſalutem, liberare periculis homines.*

A Repub. ſeiunctam] Cicero *lib. 3. Off. Singulorum enim facultates & copiæ, diuitiæ ſunt ciuitatis.*

Etenim illud primùm parui refert: vos publicanis amiſſa vectigalia poſtea victoria (*per victoriam*) recuperare.

Occupatio, q. d. parui momenti eſt, quod cogitatis vos parta victoria & hoſte deuicto, vectigalibus ea quæ amiſerunt reſtituere poſſe, &c.

Etenim] *Rectius legis, Nec enim.*

Neq; enim iiſdem (*publicanis*) redimendi facultas erit, propter calamitatem, neque aliis voluntas propter timorem.

Quaſi diceret: Etſi vectigalia amiſſa bello recuperari poſſunt, tamen ſi permiſeritis, vt publicani calamitatem patiantur, non poterunt vectigalia poſtea redimere, neq; alij redimere vectigalia volent, aliena calamitate commonefacti.

Redi-

Redimendi facultas] *Quia non erit eis pecunia, qua rediment vectigalia, quotannis enim redimebant.*

Aliis] *Admoniti exemplo eorum, qui ſua bona amiſerunt, nam & hos veſtigia terrent.*

Redimendi] *Translatum à redemtionibus operis faciendi. Nam qui certo precio opus aliquod faciendum ſuo periculo conduxit, Redemptor dicitur, & qui locat, Venditor, opus verò ipſum, Redemptoris bona.*

Deinde quod vos eadem Aſia, atq; idem iſte Mithridates, initio belli Aſiatici, docuit id quod certè calamitate docti, memoria retinere debemus.

Calamitatem ciuium in Aſia cum publico damno & incommodo totius Reipub. Rom. coniunctam eſſe, mittendus igitur eſt Imperator, qui iniuriam propellat.

Docuit] *Iuxta illud,* παθήματα μαθήματα. *Prudentia quæ ex calamitate colligitur certa eſt. Item:*

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

Id quod] *Quod, nullum hic locum habet & abundat.*

Permulti amiſerunt] *Mithridatis imperio trucidatis CL. ciuium Romanorum millibus.*

Nam tum, cùm in Aſia res magnas per-

Ratio ſuperioris:

multi amiſerunt, ſcimus, Romæ, ſolutione impedita, fidem concidiſſe.

Fides concidere dicitur, cum non ſtatur conuentis, Eſtq́ fides neruus omnis negociationis, Vnde Silius Italicus Fidem ſic loquentem introducit:

Fœdera mortales ne ſæuo rumpite ferro,
Sed caſtam ſeruate fidem, fulgentibus oſtro
Hæc potior regnis &c.

Et apud Terentium: Quanta hæc mea paupertas eſt, tamē adhuc curaui vnum hoc quidem, vt mihi eſſet fides. Cic. pro Rab. Vbi quis ſemel peierarit, ei credere poſtea, etiamſi per plures Deos iuret, nō conuenit. Fidem ſuam tueri apud Ciceronem, eſt debitam pecuniam perſoluere, lib. 11. Epiſt. ad Att.

Non enim poſſunt vna in ciuitate multi rem, atque fortunas amittere, vt non plures ſecum in eandem calamitatem trahant.

Locus communis, calamitates aliquorū plurimos alios implicant, & ſunt προκαταρκτικαὶ, *vt totæ gentes puniantur.*

Nam partem fert quiſq; ſuam, cū publica clades
Irruit & prohibet ianua multa malum.
Non latebræ quenquam fugientem abſcondere (poſſunt,
Intrant in thalamos publica damna tuos.

A quo periculo prohibete Rempub. & mihi

mihi credite, id quod ipſi videtis: hæc fides, atque hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro verſatur, implicita eſt cum illis pecunijs Aſiaticis, & cohæret.

Hæc fides] *in vrbe data ciuibus ab alijs, reddendi æris crediti.*

In foro] *Apud argentarios, Nam qui argentariã faciebant, ſuas circa forũ tabernas habebant, vnde circumforaneum æs Cicero appellat Epiſt.1. lib.2. ad Atticum.*

Implicita] *Scilicet ſocietate negociatorum.*

Ruere illa non poſſunt, vt hæc non eodem labefactata motu, concidant,

Quæ connexa ſunt, cum ruere incipiunt, vnà ruunt.

Quare videte, num dubitandum vobis ſit: omni ſtudio ad illud bellum incumbere, in

1. quo gloria nominis veſtri,
2. Salus ſociorum,
3. Vectigalia maxima,
4. Fortunæ plurimorum ciuium, cum Repub. defenduntur.

Concluſio primæ partis orationis, iuxta præcepta Rhetoricæ facta.

Summo ſtudio) Das ſie mit ernſt dieſem Krieg obligen wöllen.

SEQVITVR SECVNda pars orationis Manilianæ.

ABſoluimus primam partem orationis Manilianæ, qua Cicero Quiritibus Romanis ſplendida & magnifica oratione oſtendit, ſumma quæq; Imperij Romani in bello Aſiatico agi, ac periclitari. Iam, DEO volente, ſecundam partem aggrediemur, in qua de magnitudine huius belli diſſerit: Sapienter autem Cicero de his duobus membris, de genere & magnitudine belli prius diſputat, nimirum vt omnes gubernatores commonefaciat, bella non ſine graui conſilio gerenda eſſe, nec niſi propter ſalutem patriæ & defenſionem Eccleſiæ ac ſcholarum ſuſcipienda eſſe. Bella enim, vt rectè Archidamus Ageſilai filius dixit, ingentes curas, maxima Reipub. pericula, & infinita grauiſsimarum expenſarum atq; ſumtuum diſpendia ſecum trahunt. In ſumma, Jſt einem Herrn/ ſo Krieg führen wil/ zu bedencken der handel vnd ſache/ darumb er den Krieg vornimpt/ ob derſelbige ſeine vnd ſeiner Vnterthanen vnuermeidliche/ gedrengte notturfft/ ſie bey billigkeit/ Friedrecht/ Hab vnd Gut zu erhalten/ vnd durch

kein ander mittel / denn durch den Krieg vnd Schwert die billigkeit erhalten vnd außfüren müge.

De his rebus & ſimilibus Cicero, vt vir ſapiens & amans patriæ, multùm & cogitauit, quare etiam hoc bellum non ex leuitate quadam ſuſcipiendum eſſe oſtendit: ſed propter ſalutem totius Imperij Romani & publica & priuata commoda ſingulorum ciuium. Sed his omiſſis, dicam de diſpoſitione huius ſecundæ partis. Poſtquam Cicero demonſtrauit, Aſiaticum bellum neceſſariò ſuſcipiendum eſſe, ſequitur, vt oſtendat, non eſſe hoc bellum ita paruum, vt ſit negligendum, ſed ita magnum eſſe, difficile atq; arduum, vt ſit extimeſcendum.

Primò autem magnitudinem æſtimat ex rebus geſtis Luculli, qui licet omnibus Imperatorijs virtutibus excellat, tamen hoc bellum tàm magnum fuit, vt ei ſatisfacere non potuerit, vbi ne in odium Luculli incurrat, aut ei quicquam detrahat, quatuor heroica facta & res fortiter à Lucullo geſtas commemorat, Vnde & Lucullum in textu nominat

I. Virum fortem.
II. Hominem ſapientiſſimum.
III. Imperatorem magnum.

Secundò, poſtquam laudes Luculli recitauit, & Mithridatem regno quidem pulſum, ſed tamen ſuperſtitem et extimeſcendum oſtendit, pergit deinceps magnitudinem belli ex quatuor præcipuis indicijs demonſtrare.

Primò, quòd potentiſſimi Reges ſe coniungunt.

Secundò, quod renouent hoc bellum agitatæ nationes.

Tertio, quòd integræ gentes ſe Romanis opponant.

Quartò, quòd nouus Imperator requiratur, cum Lucullus ad alia officia ſit vocatus, Et hoc quarto membro ſibi viam facit ad laudes Pompeij, quod ille eligendus ſit dux aduerſus Mithridatem.

Totus autem hic locus hoc Syllogiſmo comprehendi poteſt.

Quodcunq; bellum eſt adminiſtratum à forti viro, & tamen non confectum. Item, Quodcunq; bellum coniungunt potentiſſimi Reges, renouant agitatæ nationes, ſuſcipiunt integræ gentes, nouus deniq; Imperator accipiet, veteri expulſo exercitu, eſt reuera magnum.

Atqui hoc bellum Aſiaticum non eſt confectum à fortiſſimo Lucullo, Item, hoc bellum coniungunt potentiſſimi Reges, renouant agitatæ nationes, ſuſcipiunt integræ gentes, nouus denique

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

denique Imperator accipiet, veteri expulſo exercitu.

Ergo illud bellum magnum futurum eſt.

Sequitur Textus huius partis.

Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam.

Propoſitio ſecundæ partis, qua dociles reddit auditores.

Poteſt enim hoc dici (*obijci*) belli genus eſſe ita neceſſarium, vt ſit gerendum, non eſſe ita magnum, vt ſit pertimeſcendum. In quo maximè laborandum eſt, ne fortè à vobis, quæ diligẽtiſsimè prouidenda ſunt, contemnenda eſſe videantur.

Ratio propoſitionis.

Non eſſe ita] *Id eſt, non eſſe ita magnum et periculoſum, vt aliquem timorem adferre debeat Romanis.*

In quo] *Dehortatur ciues à ſecuritate, ne hoc bellum contemnant, tãquam nullius momenti, nam, Parua ſcintilla interdum magnĩ incendij cauſa eſt.*

Camillus interrogatus, quomodo adeò feliciter pugnauerit, Reſpondit: Quia hoſtem meum non contempſi. Wer einen Feind hat / der mus jhm auff die Fauſt ſehen. *Item:*

Aduerſarius reconciliatus vehementer cauendus. Et Eraſmus Rot. in quadam Epiſtola inquit: Nihil in bellis pernicioſius, quàm hoſtem, quamuis imbecillum, contemnere. Quare (vt Plutarchus monet) qui bellicis rebus præeſſe dux debet, hunc non in fronte modò, ſed in tergo, oculos habere conuenit. Et rectè Græci: ἐχθροῖς ἀπιστῶν οὔποτ᾽ ἂν πάθοις βλάβην.

Atq; vt omnes intelligunt me L. Lucullo tantum impertiri laudis, quantum forti viro, & ſapientiſsimo homini & magno Imperatori debeatur.

Superius dixit Cicero, ſe de L. Lucullo ita dicturum, vt neq; vera laus ei detracta, neq; falſa afficta eſſe videatur, Id hoc in loco præſtat, quo laudes Luculli recitat, eiq; veniam dandam eſſe oſtendit, quod bellum Mithridaticum non confecit. Nam vt Plutarchus inquit, ingentia certamina, etſi ſucceſſum non habeant, tamen nullam dedecoris notam incurrunt.

Lu: Lucullus eſt { *Vir fortis.* / *Homo ſapientiſsimus.* / *Imperator magnus.* }

Poſt hanc generalem laudem, ponit enumerationem & catalogum rerum geſtarum Luculli, de quibus quoq; vide Ciceronem in lib. cui titulus eſt, Lucullus.

Lu: Lu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Lu: Lucullus

1. Deleuit copias Mithridatis omnibus rebus inſtructiſſimas.
2. Vrbem Cyzicenorum obſidione liberauit.
3. Claſſem apud Tenedum pugna nauali ſuperauit.
4. Multis prælijs hoſtium copias deleuit.
5. Aperuit Legionibus Romanis Pontum.
6. Sinopen & Amiſum vrbes cepit.
7. Mithridatem regno patrio ſpoliauit, & alijs ſupplicem fieri coëgit.

Dico eius aduentu maximas Mithridatis copias, omnibus rebus ornatas atque inſtructas, eſſe deletas:

Prima laus fortitudinis.

Maximas vocat, vt Luculli laudes illuſtres.

Ornatas] *habuit in armis Mithridates centum viginti millia, decem & ſex millia equitum.*

Vrbemque Aſiæ clariſsimam, nobiſque amiciſsimam Cyzicenorum obſeſſam eſſe ab

Secunda laus ſapientiæ & conſilij.

Cyzicum vrbs in Propontide.

ab ipſo Rege, maxima multitudine, & oppugnatam vehemētiſsimè, quam L. Lucullus virtute, aſsiduitate, conſilio, ſummis obſidionis periculis liberauit.

Maxima multitudine] *Quia vndiq; terra mariq; obſeſſa fuit. Ciues Cyzicenorum L Lucullo diem feſtum inſtituerunt, quem Luculleia nominarunt.* Cicero *huius rei meminit in Oratione pro Archia: Populi Romani laus eſt, vrbem amicißimam* Cy*zicenorum eiuſdem conſilio ex omni impetu regio, ac totius belli ore, ac faucibus ereptam & conſeruatam.* Cicero *in Orat. pro Murena: L. Luculli verò res tantæ extiterunt, vt neq; maius bellum commemorari poßit, neq; maiore conſilio & virtute geſtum: Nam cum totius impetus belli ad Cyzicenorum mœnia conſtitiſſet, eamq; vrbem ſibi Mithridates Aſiæ ianuam fore putauiſſet, qua effracta & reuulſa, tota pateret prouincia: perfecta ab Lucullo hæc ſunt omnia, vt vrbs fidelißimorum ſociorum defenderetur, vt omnes copiæ Regis diuturnitate obſidionis conſumerentur.*

Obſidionis periculis] *Scil. omni commeatu intercluſo.*

Ab eodem Imperatore claſſem magnam *(quinquaginta nauium)* et ornatam *(inſtructam rebus*

Tertia laus, De hac pugna nauali vide oration. Ciceronis pro Archia.

In-

rebus omnibus) quæ ducibus Sertorianis ad Italiam ſtudio inflammato (*magno impetu*) raperetur, ſuperatam eſſe, atq; depreſſam.

Inflammato] *Id eſt, animis ducum infenſiſsimis, & nocendi cupiditate incenſiſſimis.*

Quarta laus Luculli.

Magnas hoſtium (*ſcilicet Mithridatis*) præterea copias multis prælijs eſſe deletas, (*ſcilicet dico.*)

Magnas hoſtium] *In pugna ad Rhyndicum fluuium, multis hoſtiũ trucidatis ſex equorum, quindecim virorum millia cepit. In altera pugna ad Granicum flumen captis plurimis, viginti hoſtium millia trucidauit. Ferunt autem in illa pugna circiter* 300000. *in eo prælio deſiderata fuiſſe, &c. vide hiſtorias.*

Patefactumq; noſtris legionib. eſſe Pontum, qui ante populo Rom. ex omni aditu clauſus eſſet.

Quinta laus: Lucullum primùm aperuiſſe Pontum regis opibus & ipſa natura vallatum, vt dicit in oratione pro Archia, Romani milites, intrantes Pontum, multas vrbes ceperunt, & Mithridatem fugientem in Armeniam inſecuti ſunt.

Sinopen atq; Amiſum, quibus in oppidis erant domicilia Regis, omnibus rebus ornata atq; referta, cæteraſq; vrbes Ponti, & Cappadociæ permultas vno aditu atq; aduentu eſſe captas (*ſcilicet dico.*)

Sexta laus L. Luculli.

Sinope nobile oppidum Aſiæ, à quo Amiſum nongenta Stadia diſtat.

Cappadocia regio Aſiæ, cincta ab occaſu Paphlagonum gente & Galatis, Meridie Cilicia & Syria, ab ortu Armenia, à Septentrione Ponto Euxino, vrbes in ea celebres fuerunt, Cæſarea, Baſilio Epiſcopo clara, TrapeZus, Amaſia Strabonis Geographi patria, apud quem initio lib. 12. *totius Cappadociæ accurata deſcriptio extat.*

Regem ſpoliatum (*Mithridatem*) regno patrio atq; auito, ad alios ſe reges atq; alias gentes ſupplicem contuliſſe (*dico*) atq; hæc omnia ſaluis populi Romani, ſocijs, atq; integris vectigalibus eſſe geſta.

Septima laus Luculli.

Alios reges) *Tigranem, & regem Parthorum ac Armeniorum.*

Satis opinor hoc eſſe laudis, atq; ita reputo,

Concluſio L. Luculli.

reputo, vt hoc vos intelligatis, à nullo iſtorum, qui huic obtrectant legi (*qui diſſuadent legem Manilianam*) atq; cauſæ, L. Lucullũ ſimiliter ex hoc loco eſſe laudatũ.

Hæc laudum Luculli enumeratio eò facit, vt magnitudo belli conſpiciatur, præſertim cum dicit Mithridatem ad alios reges & gentes confugiſſe, atq; opem ab alijs petijſſe.

Dixit Cicero breuiter de laudibus Lucij Luculli, viri clariſsimi, quem etiam ipſius oraculi vox Leonem appellauit. vt cùm dixit:

O Leo quid dormis, catulos ſectare propinquos.

Si qui autem tanti viri vitam, res fortiter geſtas & totius vitæ curſum cognoſcere deſiderant, hi legant Plutarchum, qui Luculli vitam copioſiſs. deſcripſit. Et niſi prolixitas ſcripti me deterreret, præcipua membra ex eius hiſtoria excerpta huc adducerem. Sed omnia hæc domeſticæ veſtræ lectioni relinquo.

Requiretur fortaſſe nunc, quemadmodũ cum hæc ita ſint, reliquum poſsit eſſe magnum bellum?

Propoſitio alterius partis, de Lucullo.

Cum primò magnitudinem belli ratiocinatione quadam collegerit ex rebus geſtis L. Luculli, nunc pergit ad alia quatuor membra, quibus huius belli magnitudinem demonſtrare conatur, & primò dicit: Potentiſsimos reges ſe aduerſus

Roma-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Romanos coniungere. Obſeruandum autem eſt in hac tota cõmemoratione, quod Cicero culpam non confecti belli à Lucullo remouet, & in fortunam, quæ maximè in bello dominatur, reijcit, Omnium enim bellorum incerti ſunt euentus, & Mars communis eſt, qui ſæpè ſpoliantem iam & exultantem euertit, vt & Thucydides pulcherrimè inquit : Nuſquam minus quàm in bello conſilijs euentus reſpondet.

Et venuſtè Virgilius :

Hic magnus ſedet Æneas ſecumq́ volutat
Euentus belli varios.———

Et Ouidius :

Inter vtrumq; volat dubijs victoria pennis.

Cognoſcite, Quirites, non enim ſine cauſa quæri videtur.

Primùm ex ſuo regno ſic Mithridates profugit (*ex manibus Romanorum*) vt ex eodem Ponto Medea illa quondam profugiſſe dicitur, quam prædicant in fuga, fratris ſui (*Abſyrthi*) membra in his locis, quà ſe parens inſequeretur

Cognoſcite] *Scilicet qui reſpondebo ad propoſitam quæſtionem.*

A comparatione exponitur calliditas regis eiusq́ ſtratagema. Eſtq́ hoc primum membrum quo dicit potentiſſimos Reges ſe coniungere, ideoq́ magnum & arduum eſſe bellum. Pulcherrimè Cicero *hunc locum amplificat comparatione, qua fugientem*

quereretur, diſsipauiſſe, vt eorum collectio di-ſperſa, mœrorq; pa-trius, celeritatem perſequendi retardaret.

tem Mithridatem & Medeam inter ſe confert.

Principiò autem inter ſe comparat perſonam Medeæ cum perſona Mithridatis, & perſonam Oëtæ parentis perſequentis filiam, cum perſona Luculli perſequentes hoſtem, item perſonam comitum regis Cholchorum & militum Luculli.

Secundò confert locum cum loco, videlicet hæc facta eſſe in eodem Ponto.

Tertiò cauſam cum cauſa, Abſyrthi membra diſsipata, & patri obiecta, & magnam vim argenti ac auri à Mithridate relictam.

Quartò confert facta Medeæ & Mithridatis Medea fratris membra diſsipauit, quod factum atrox & immane eſt, Idq; ideò fecit, vt patrem inſequentem collectione membrorum Abſyrthi retardaret. Mithridates magnam vim auri ac argenti reliquit, idq; ideò, vt collectione prædæ, celeritatem perſequendi retardaret. In lib. 3. De natura Deorum hi verſus ex veteri poëmate recitantur:

Poſtquam propè appropinquat, iamq; penè vt comprehendatur parat.

Puerum in terra obtruncat, membraq; articulatim diuidit.

Perq; agros paſsim diſpergit corpus, Id ea gratia,

Vt dũ nati diſsipatos artus captaret parens,

Ipſa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Ipſa in terra aufugeret, illum, vt mœror tardaret ſequi.

Sibi ſalutem vt familiari pareret parricidio.

Plura vide in lib. 7. Metam. Ouidij.

De Medea vide Tragœdiam Senecæ, quæ inſcribitur Medea. Item Ouidium lib. 3. Triſt. Eleg. 9. cuius verſus propter elegantiam, & vt eos iuniores memoriæ mandent, aſſcribam.

Hic quoq; ſunt vrbes Graiæ (quis credere poſſet)
Inter inhumanæ nomina barbariæ?
Huc quoq; Mileto miſſi venere coloni
Inq; Getis graias conſtituere domos.
Sed vetus hinc nomen, poſitaq; antiquius vrbe
Conſtat, & Abſyrthi cæde fuiſſe loco.
Nam rate, quæ cura pugnacis facta Mineruæ,
Per non tentatas prima cucurrit aquas.
Impia deſertum fugiens Medea parentem,
Dicitur his remos applicuiſſe vadis.
Quem procul vt vidit tumulo ſpeculator ab alto,
Hoſpes ait noſco Colchide vela dari.
Dũ trepidãt Minyæ, dum ſoluitur aggere funis,
Dum ſequitur celeres anchora tracta manus.
Conſcia percuſſit meritorum pectora Colchis,
Auſa atq; auſura multa nefanda manu.
Et quantum ſupereſt ingens audacia menti,
Pallor in attonitæ virginis ore fuit.
Ergo vbi proſpexit venientia vela, tenemur,
Et pater eſt aliqua fraude morandus ait.

Dum

Dum quid agit quærit, dū verſat in omnia vul-
Ad fratrem caſu lumina flexa tulit. (tus,
Cuius vt oblata eſt præſentia, vicimus inquit,
Hic mihi morte ſua cauſa ſalutis erit.
Protinus ignari nec quidquam tale timentis,
Immotum rigido perforat enſe latus.
Atq; ita diuellit, diuulſaq; membra per agros
Diſsipat, in multis inuenienda locis.
Neu pater ignoret, ſcopulo proponit in alto
Pallenteſq; manus, ſanguineumq; caput.
Vt genitor luctuq; nouo tardetur, & artus
Dum legit extinctos, triſte retardet iter.
Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo
Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui.

Apud Euripidem in Medea, extat lamentabilis querela & criminatio Iaſonis aduerſus Medeam, Leænam crudeliſsimam Dijs & hominibus inuiſam, His autem ferè Epithetis ab Euripide deſcribitur:

μῖσος θεῶν καὶ ἀνθρώπων,	*Deorum & hominum odium.*
λέαινα,	*Leæna.*
σκύλλα,	*Scylla.*
αἰσχροποιός,	*Turpiū rerum deſignatrix.*
μιαιφόνος,	*Sanguinaria.*
πέτρος,	*Rupes.*
σίδηρον,	*Ferrum,*
μίασμα,	*Piaculum.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

παιδολέτωρ, *Filiorum interfectrix.*
παιδοφόνος, *Liberorum cæde imbuta.*

Sic Mithridates fugiens, maximam vim auri atq; argenti, pulcherrimarumq; rerũ omnium (**Schöne vnd köſtliche Kleinote vnd Kleider**) quas & à maioribus acceperat, & ipſe bello ſuperiore ex tota Aſia direptas, in ſuum regnum congeſſerat, in Ponto omnem reliquit.

Sabell. lib. 6. Mithridates Rex Ponti, magno prælio à Lucullo victus, cum acie egreſſus ita fugeret, vt hoſtem haberet veſtigio hærentem, multum auri onus ſequentibus obiecit. Cæterum dum Romanus prædæ cupidus aurum diripit, maiorem prædam è manibus labi paſſus eſt. Plutarchus ſcribit, Mithridatem militibus Romanis, iam eum in fuga comprehenſuris, de induſtria obieciſſe mulum auro onuſtum, & dum milites ſe ad diripiendum aurum conuerterint, Regem effugiſſe.

Ex tota Aſia] *Inuidioſè hoc dicit, vt animos populi Romani hac commemoratione vulneratos inflammet.*

Hæc dum noſtri colligunt omnia diligentius, Rex ipſe è manibus effugit.

Ita illum (*Oëtam* Me-

Stratagema. Neſtor apud Hom. Græcos admonet, vt nemo ſpe lucri immoretur in ſpoliando hoſte, ſcilicet, fugi-

Medeæ patrem) in perſequendi ſtudio mœror, hos (*milites Luculli*) lætitia retardauit.

fugientes hoſtes inſequantur, vt in ocio poſtea poßint ſpoliare.

Mœror] *Quem ex filio crudeliter interfecto, & aureo vellere rapto conceperat.*

Lætitia] *Ex rebus inopinatis & tanti auri maſſa capta.*

Hunc in illo timore & fuga Tigranes Rex Armenius excepit (*hoſpitio:*) diffidentemq; rebus ſuis confirmauit, & afflictum erexit, perditumq; (*bonis ſpoliatum, hoc loco enim non ad animam, ſed ad fortunam refertur*) recreauit.

Enumeratio eorum, à quibus confirmatus & adiutus ſit Mithridates, & cauſarum explicatio, quibus barbaræ gentes concitatæ ſint, vt iuuerint Reges contra Romanos.

Hæc autem omnia eò ſpectant, vt Cicero oſtendat, hoc bellum non confectum fuiſſe. I. Propter auaritiam militum Luculli. II. Propter hoſpitium Tigranis. III. Propter motus plurimarum nationum. IIII. Propter defectionem militum, cupientium ab hoc bello diſcedere, cum viderent plures Reges ſe coniungere, verè enim dicit: Ne Hercules quidem contra duos.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Excepit] *Excipimus fugientem, confirmamus rebus ſuis diffidentem, erigimus iacentem, recreamus perditum.*

Cuius in regnum (*Tigranis, Regis Armeniorũ*) poſteaquã L. Lucullus cum exercitu venit, plures etiam gentes contra imperatorẽ noſtrum concitatæ ſunt.

II.

Secundum indicium, vnde Cicero colligit, hoc bellum magnum eſſe & periculoſum. Dicit enim renouari hoc bellum ab agitatis nationibus. Plutarchus autem numerat Medos, Adiabenos, Arabes, Albanos, Iberos, & qui circa Araxen ſunt ſine Rege.

Erat enim metus iniectus ijs nationibus, quas nunquam populus Romanus, neq; laceſſendas bello, neque tentandas putauit.

Ratio, quibus cauſis commotæ aliæ gentes, ceperint arma contra Romanos.

Erat etiam alia grauis, atque vehemens opinio, quæ per animos gentium barbararum peruaſerat, fani locupletiſsimi, & religioſiſsimi diripiendi cauſa, in eas oras (Ponti)

Alia cauſa, quare vicinæ ſeu barbaræ nationes ſibi timuerint.

Fani] *Fanum opinor, inquit Hotomanus, Cumanum vrbis ſigni-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

(*Ponti*) noſtrum exercitum eſſe adductum.

ſignificat, quod à Murena impulſu Archelai, qui à Mithridate ad illum deſciuerat, direptum & ſpoliatum eſt, vide Appianum in Mithridate.

Ita nationes multæ, atque magnæ, nouo quodam terrore ac metu concitabantur.

Concluſio cauſæ & effectus.

Noſter autem exercitus, etſi vrbē ex Tigranis regno ceperat, & prælijs vſus erat ſecundis: tamen nimia longinquitate locorum ac deſiderio ſuorum commouebatur (*liberorum & coniugum.*)

A cauſa, cur bellum non perfecerit Lucullus. Mithridates confugerat in vrbem quandam Tigranis, & habuit in ea ducenta & quinquaginta millia peditum, & equitum quinquaginta millia, quæ Lucullus paruo exercitu vicit.

Intelligit autem Tigrano certam vrbem, quam Tigranes ex ſuo nomine appellarat, in quam copioſiſsimos quoſq; & locupletiſsimos totius imperij ſui ciues, quaſi in coloniam, deduxerat, in qua, (inquit Plutarchus) præter alias opes immenſas, talentorum octo millia Lucullum reperiſſe conſtat. Etſi ergo, inquit Cicero, noſter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

exercitus vrbem opulentiſsimam ceperat, eamq́; exceptis Theſauris, militi diripiendam Lucullus conceſſerat, & octoginta præterea drachmas ſingulis militibus ex hoſtium ſpolijs dederat, tamen nimia locorum longinquitate mouebatur, &c.

Hic iam plura non dicam: fuit enim illud extremum, vt ex his locis à militibus noſtris reditus magis maturus, quàm proceſſus longior quæreretur.

Artificiosè tegit eam turpitudinem, quod exercitus defecit à ſuo Imperatore Lucullo, quem obſcurè taxat.

Mithridates autem & ſuam manum iam confirmarat, & eorum, qui ſe ex eius regno collegerant (*qui depoſito metu, ad ſe redierant*) & magnis aduentitijs multorum Regum & nationum copijs iuuabatur (*id eſt, mittebantur ei multæ auxiliares copiæ*) *Nam ſimilis ſimili ſemper adhæret. Et: Pares cum paribus facilimè congregantur.*

Tertium indicium, ex quo magnitudinem belli colligit, videlicet, Quod hoc bellum ſuſcipiant integræ gentes.

Aduentitias copias appellat, quæ aliunde & ex alijs regnis aduenerunt.

Hoc iam ferè ſic fieri ſolere accepimus, vt regnum afflictæ fortunæ facilè multorum opes alliciant ad miſericordiam, maximeq́ eorum, qui aut Reges ſunt, aut viuũt in regno, quòd regale ijs nomen magnum, & ſanctum eſſe videatur.

A cauſis, cur illi milites à regibus miſſi erant, Nam vt Homerus ait: ὅμοιον πρὸς ὅμοιον ἄγει θεός. Aues concolores vnà volant. Der Adel iſt gleich den Schweinen/ die Bawren gleich den Hunden.

Sanctum] *Semper regium nomen in hac ciuitate ſanctum fuit, ſociorum verò, regum & amicorum ſanctiſsimum. Hinc etiam Reges, vt ſacerdotes vncti ſunt. Sic Hecuba apud Euripidem in extremis ſuis miſerijs omnibus rebus exuta & liberis priuata, confugit ad Agamemnonem, &c. Cicero in Epiſt. Fam. Nihil tam miſerabile, quàm ex beato miſer.*

Itaq; tantum victus efficere potuit, quantum incolumis nunquam eſt auſus optare.

Itaq;] *Quia ſic ſuos confirmarat, & ipſe auxiliarijs copijs adiutus erat.*

Incolumis] *Id eſt, non victus, & ante calamitatem belli.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Nam cùm ſe in regnum recepiſſet ſuum, non fuit eo contentus: quòd ei præter ſpem acciderat, *(ſcilicet vt in regnum Ponticum rediret.)* Vt illam, poſteaquam pulſus erat, terrã vnquam attingeret, ſed in exercitum veſtrũ clarum atq; victorem impetum fecit, *id eſt, aggreſſus eſt Romanũ exercitum.)*

Ratio, qua exponit, quantas res effecerit.

Nam cùm ſe Mithridates in ſuum regnum recepit, coactu exercitu, Primùm L. Flaccum, quem in Ponto Lucullus reliquerat, profligauit, Deinde cum C. Triario, legato Luculli, ita fortiter pugnauit, vt ad ſeptem millia Romanorum, centum quinquaginta centuriones, viginti quatuor Tribunos militum occiderit. Nam Triarius ambitioſus, gloriam Lucullo præripere voluit, quare ante illius aduentum hoſtem aggreditur. Vide Appianum & Plutarchum.

Sinite hoc loco Quirites, ſicut Poetæ ſolent, qui res Romanas ſcribunt, præterire me noſtram calamitatem, quæ tanta fuit, vt eam ad aures

Præteritio pathetica. Illud euenire ſolet, vt quæ nolle nos dicere fingimus, ea auditoribus maiora videantur, quàm dicendo efficere poſſemus. Oſtendit

Lu. Luculli non ex prælio nuncius, ſed ex ſermone rumor afferret.

dit autem Cicero hanc Triarij cladem à Mithridate factam, tantam fuiſſe, vt cæſis omnibus, nullius fuerit cladis nuncius.

Poëtæ] *Poëtæ ſolent res calamitoſas præterire: ſed hiſtoriæ lex eſt, vt vera ſcribantur. Grauis eſt acceptæ calamitatis recordatio. Et ſolet repetitio ſeu iteratio accepti damni plurimum vulnerare animos auditorum. Cicero lib. 1. de Finibus. Eſt ſitum in nobis, vt aduerſa quaſi perpetua obliuione obruamus, & ſecunda, iucundè, ac ſuauiter meminerimus. Eurip. in Oreſt. O veneranda obliuio malorum, quàm es ſapiens & miſeris optabilis Dea.*

Hic in ipſo illo malo grauiſsimaq; belli offenſione L. Lucullus, qui tamen aliqua ex parte ijs incõmodis mederi fortaſſe potuiſſet veſtro iuſſu coactus, quòd Imperij diuturnitati modum ſtatuendum veteri exemplo putauiſtis: partem militum, qui iam ſtipendijs con-

Quartum indicium magnitudinis belli, videlicet, Quod illud nouus imperator accipiat & aggrediatur.

Belli offenſione] *Id eſt, poſt amiſſam victoriam, nam offenſionem belli vocat Cicero amiſſam victoriam,* Wenn man die Schlacht verleurt.

Mederi fortaſſe] *Euen-*

confectus erant, dimiſit: partem Glabrioni tradidit.

Euentus enim belli dubius eſt. Imperator noſter Carolus V. dicere ſolitus eſt, ſe plurima bella geßiſſe, nullum tamen ex illis vnquam habuiſſe illum cuentum ſeu finem, quem ipſe ſibi propoſuiſſet. Eurip. φιλεῖ τὶ πόλεμον οὐ πάντα ἐυτυχεῖν, *Solet ferè bellum non per omnia feliciter ſuccedere.*

L. Lucullus] *Nam caſtra locarat Lucullus aduerſus Mithridatem, verùm à Romanis eſt reuocatus, & præco nomine Rom. militibus dixit, vt à Lucullo diſcederent, ni bona ſua publicari velint.*

Imperij diuturnitate] *Nam prætoribus, conſulibus & proconſulibus certum Imperij tempus præſcribebatur, Regibus enim Roma exactis, duo Conſules creabantur, quorum imperium annuum erat, quo anno finito, noui Conſules creabantur, quare & Lucullus anno ſui conſulatus finito, magiſtratu cedere cogebatur.*

Stipendijs confectis] *Qui ſtipendia impleuerāt. Intelligit veteranos, qui iam emeritis ſtipendijs erant, ciues Romani ab anno 17. ætatis ad annum 45. annos nouem militare, & ſtipendia facere iubebantur.*

Multa prætereo conſultò, ſed ea vos coniectura perſpicitis: quan-

Epilogus ſecundæ partis, de magnitudine belli, in quo Cicero eleganter

quantum illud bellum futurum putetis, quod coniungant Reges potentiſsimi, renouent agitatæ nationes: ſuſcipiant integræ gẽtes: nouus Imperator veſter accipiat, vetere expulſo exercitu.

ganter repetit indicia, ex quibus hoc bellum magnum eſſe colligit et ſtatuit.

Coniectura] *Id eſt, per vos ipſos, & me tacente, cognoſcitis.*

Quantum] *Id eſt, quanti hoc bellum facere debeatis.*

Coniungant] *Simul & coniunctim gerant Mithridates & Tigranes.*

Integræ] *Bello non exhauſtæ, quæ integris viribus ad bellum accedunt, nondum autem bello à nobis laceſſitæ.*

Nouus] *Veteranus exercitus melior eſt ad parendum & pugnandum. Et omnis mutatio eſt periculoſa. Item, vulgò dici ſolet: Nota mala optima mala.*

Experientia enim docet, quo minor & rarior fieret magiſtratuum, niſi admodum eſſent crudeles & improbi, mutatio: eò melius prouinciarum ſaluti, & ſociorum commodis conſuli. Veriſsimum enim eſt, quod dicitur: Vix eſſe quicquam in Repub. grauius ac periculoſius, frequenti & legum & gubernatorum mutatione.

Atq; ita ſecundam partem Confirmationis abſoluimus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

ſoluimus, in qua Orator dixit, hoc bellum adeò magnum eſſe, vt neceſſariò à Rom. ſit gerendum. Sapienter autem hanc partem abrumpit, ne ingratarum rerum commemoratione auditoribus moleſtus ſit, ipſisq; faſtidium pariat.

SEQVITVR TERTIA ORAtionis pars, de Imperatore eligendo.

Satis mihi multa verba feciſſe videor, quare hoc bellum eſſet genere ipſo neceſſarium: magnitudine periculoſum.

Hoc in loco tranſit Cicero à ſecunda confirmationis parte ad tertiam, vt ſuperius propoſuit. Nam cum in prioribus duabus partibus ſatis manifeſtè probauerit, hoc bellum non temerè aut ex leuitate, ſed rectiſſimè & ſumma deliberatione ſuſcipi & adminiſtrari poſſe; Pergit iam in hac tertia parte diſputare de perſona, cui adminiſtratio tanti ac tam periculoſi belli rectiſſimè demandari poſſit.

Propoſitio huius tertiæ partis.

Reſtat, vt de Imperatore ad id bellum deligendo, ac tantis rebus præficiendo dicendum eſſe videatur. *(Id eſt, reſtat, vt diſputemus de Imperatore conſtituendo, aduerſus Mithridatem.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Vtinam Quirites virorum fortium atq; innocentium copiam tantam haberetis, vt hæc vobis deliberatio diffi‑cilis eſſet: Quem nam potiſsimum tantis reb. ac tanto bello præficiendum putaretis.

A voto hanc partem incipit, vt autem res rectius intelligatur ſit hic Syllogiſmus in cõſpectu. Maiorem in hoc voto habes: Quicunq; vir fortis et innocens eſt, eum tantis rebus ac tanto bello præficere debetis. At, qui vnus Pompeius eſt fortis & innocens. Ergo eum huic bello præficere debetis.

Vel ſic: Quicunq; ſummus Imperator eſt, is bello Mithridatico eſt præficiendus. Pompeius eſt ſummus Imperator, Ergo huic bello eſt præficiendus. Minorem probat, Quia Pompeius quatuor Imperatorijs virtutibus præditus eſt.

I. Scientia rei militaris.

II. Virtute.

III. Autoritate.

IIII. Felicitate. Multum enim, vt Cæſar de bello Gallico lib. 6. ait, in omnibus rebus, tum in re militari fortuna poteſt.

Nunc verò cùm ſit vnus Cn. Pompeius, qui nõ modò eorum hominũ, qui nunc ſunt, gloriam, ſed

Minor Cic. in 4. Cat: Anteponatur omnibus Pompeius, cuius res geſtæ, atq; virtutes ijsdem, quibus ſolis curſus, re‑

gioni‑

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

ſed etiam antiquitatis memoriam virtute ſuperarit, quæ res eſt, quæ cuiuſquã animum in hac cauſa dubiũ facere poſſit? (*vt quis ambiget de Pompeio mittendo, aduerſus Mithridatem.*

gionibus ac terminis continentur.

Concluſio prædicti Syllogiſmi.

Noema Ego enim ſic exiſtimo, in ſummo Imperatore quatuor has res ineſſe oportere:

Confirmatio minoris propoſitionis, quòd Põpeius ſit fortis, innocẽs & ſummus imperator.

1. Scientiam rei militaris.
2. Virtutem.
3. Autoritatem.
4. Felicitatem.

Inſignis hic locus eſt, oſtendens quæ ſint virtutes boni magiſtratus, qui vtiliter Reſpub. & imperia adminiſtrare poßit. Quoties Deus vult regnum aliquod, aut politiam florere, dat ei viros heroicos, eosq; inſtruit excellenti ſapientia, virtute & felicitate, vt Monarchiæ Græcæ dedit Alexandrum, eiq; adiunxit Clitum, Parmenionem, Seleucum, Ptolemæum, Lyſimachum, Craterum, & alios ſapientes & fortes viros. Sic Reipub. Atticæ dedit Miltiadem, Themiſtoclem, Ariſtidem, Cimonem, Cononem. Reipub. Romanæ Iulium, Pompeium, Scipionem, Fabium, Marcel-

Marcellum, &c. Noſtris temporibus dedit Deus Carolum Quintum, qui magna felicitatis ac innocentiæ laude Imperium adminiſtrauit, ſub quo etiam vera de DEO doctrina repurgata eſt, ſine omni ſæuitia aut Tyrannide. Nec verò natura ineſt hominibus Heroica virtus, nec doctrina cõparatur, ſed diuinitus exiſtit in præſtantibus naturis, vt Plato in Menone veriſs. dixit. Et Cic. in 2. de Nat. Deorum. Nullus, inquit, magnus vir vnquam fuit, ſine afflatu diuino.

Ediſcant iuniores Stigelij verſus, de bono Principe:

Legitimo Princeps populum qui iure gubernat,
  Hoc decus officij debet habere ſui.
Sit vir magnanimus, ſapiat clementer agendo,
  Sit patriæ, veræ ſit pietatis amans.
Sit grauis, & placidus, Iuris moderator & æqui,
  Quicquid agat vero cædat vbiq; Deo.

PRIMA LAVS POMPEII à ſcientia Rei militaris.

Quis igitur hoc homine ſcientior vnq̃ aut fuit, aut eſſe debuit.

Superiore lectione integrum Syllogiſmum cõſtituimus, videlicet, Quod is, in quocunque eſt ſci,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

eſt ſcientia rei militaris, virtus, autoritas, felicitas, ſummus ſit Imperator. In Pompeio hæc omnia inſunt. Pompeius igitur eſt ſummus Imperator.

Huius Syllogiſmi Minorem, Cicero deinceps probare conatur. Nam Cicero, vt ingenioſiſſimus orator, cui iniqua vulgi iudicia, de laude præclari alicuius viri, notiſſima ſunt, non ſatis eſſe videt, ſimpliciter affirmare has virtutes in Pompeio eſſe, ſed addendam eſſe euidentem probationem, ex qua tantas dotes in hoc viro eminere conſpiciatur. Primùm igitur probat, Cn. Pompeium præditum eſſe ſcientia rei militaris, Das er ein ſehr erfahrner Kriegsman ſey. *Hæc prima probatio hoc Syllogiſmo includatur.*

Quicunque ſub fortiſſimis imperatoribus militauit, Et poſtea ipſe varia genera bellorum cum diuerſiſſimis hoſtibus geſſit & confecit, eum in rei militaris ſcientia nihil fugere poteſt.

Pompeius ſub fortiſſimis ducibus militauit, & ipſe varia bella geſſit & confecit.

Ergò cum in rei militaris ſcientia nihil fugere poteſt.

Cicero more Rhetorum Enthymemate vtitur, & minorem Syllogiſmi ſeu antecedens Enthymematis probat.

Primò, Quòd Pompeius fuerit Tyro in exercitu patris. *Secundò*

Secundò, quòd ipſe Adoleſcens, natus annos 17, bella geſſerit.

Tertiò, quòd ſæpius victor fuerit.

Quartò, quòd fortuna illum in plurimis bellis exercuerit, quæ omnia feliciter confecit.

Et ſanè fuit Pompeius vir extra controuerſiam pulcherrimis & diuinis dotibus ornatus, atq; vnus ex illis, qui heroico impetu peruolant orbem terrarum, quibus prona omnia cedunt, ac ſimiles ſunt Sagittis valida manu contortis, de quibus Pſal. 128. loquitur.

Et quod Præceptor noſter Philippus de Alexandro cecinit, idem & de Pompeio non immeritò vſurpari poteſt.

Aſpice Pelleum Iuuenem, quo pulchrior alter
Non fuit, in pulchro quem vicerat orbe, nec vnquam.
Res ſimiles geſſit quiſquam breuioribus annis.
Confectos ætate ſenes belliq; labore
Conſilijs vicit cunctos in flore iuuentæ.
Ergo illi nocuere nihil, nec tela, nec hoſtes, &c.

Qui è ludo atq; pueritiæ diſciplina, bello maximo, atq; acerrimis hoſtibus, ad patris exercitum, atq; in militiæ diſciplinam profectus eſt.

I.

Diſtribuit & enumerat bella, quibus ſibi tantam ſcientiam compararit.

Qui è ludo] *Obſerua, Pompeium, priuſquam militiæ adhibitus eſt, rei literariæ operam dediſſe. Nam magni viri olim ſolebant ſe philoſophorum conſuetudine & diſputationibus oblectare, vt variarum rerum cognitione ac ſcientia ornati, ad gubernationem accederent. Sic diu Pericles Anaxagoram, Cato Athenodorum, de magnis rebus ſapientiſſimè loquentes audiuerunt. Plato quoq; Dionē, Iſocrates Timotheū, Cononis filium. Lyſias Epaminondam, Xenophon Ageſilaum, & Ariſtoteles Alexandrum Magnum inſtituit. Sic Phœnix apud Homerum dicit, ſe à Peleo patre Achilli iuueni comitem eſſe datum ad bellum, vt illum efficeret Oratorem verborum, actoremq; rerum, Locus ab Eobano Heßiacæ gentis æterna gloria, ſic carmine Latino redditus eſt:*

Qui tibi, quo patria iuuenem te tempore Phthia
Miſit ad Æaciden Peleus, comes atq; magiſter
Sum datus, ut præcepta tibi rerumq; bonarum
Verborumq; darem, rebusq; vt fortis agendis
Eſſes, & verbis poſſes orator haberi.

Et paulò poſt:

Hic te, qui ſuperis nunc aßimularis Achilles,
Talem perfeci formando à mollibus annis,
Qualem nunc videt hæc ætas & plena Iuuentus,
Ex animo ſiquidem te verè & ſemper amaui.

Qui extrema pueritia (*anno ætatis* 16.) miles fuit ſummi Imperatoris (*L. Syllæ, ex Aſia in Italiam victorē exercitum reportantis.*

II.

Vide orat. pro Balbo, & Dionem.

Ineunte adoleſcentia maximi ipſe exercitus Imperator.

III.

Ipſe) *Cum in Agro Piceno anno* 23. *natus voluntarium exercitum conſcripſit &c. Plut.*

Qui ſæpius cum hoſte conflixit, q̄ꝫ quiſquam cum inimico concertauit.

IIII.

Hoſtes publicè dicuntur, quib. bellum infertur, inimici priuatim, à quib. animo alienati ſumus.

Plura bella geſsit, quàm cæteri legerunt. Plures prouincias confecit, quàm alij concupiuerunt.

V.

De his bellis in ſequenti lectione audietis.

Confecit) *Id eſt, plures nationes vicit, & populo Rom. tradidit, vt in formas prouinciarum redigerentur, quàm alij administrare concupiuerunt.*

Cuius adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris, non alienis præceptis, ſed ſuis imperijs,

VI.

Alienis præceptis) *Quod fit, cum quis alienum ducem ſequitur.*

perijs, non offenſionibus belli, ſed uictorijs, non ſtipendijs, ſed triumphis, eſt traducta.

Suis imperijs] *Id eſt, Qui non parendo alijs Imperatoribus, ſed ducendo & gubernando exercitus, ſcientiam rei militaris ſibi comparauit. Offenſionem belli vocat ſtragem ſeu cladem, cum amittitur victoria.*

Non ſtipendijs] *Id eſt, non merendo ſtipendia, ſed reportando triumphos.*

Quod deniq; genus belli eſſe poteſt, in quo illum non exercuerit fortuna Reipublicæ? Ciuile, Africanum, Tranſalpinum, Hiſpanienſe, miſtum ex ciuitatibus, atq; ex bellicoſiſs. nationibus, ſeruile, nauale.

VII.

Recitat varia genera bellorũ, quibus ſibi tantam rei militaris ſcientiam comparauit.

Ciuile] *Inter Syllam & Marium.*

Africanum] *Contra Domitium, hoc bellum adminiſtrauit Põpeius natus annos 26. & cum hoc bellum confecit, nominatus eſt Magnus.*

Tranſalpinum] *Geſtum cum Gallis, cum Romanis legionib. iter intercluderent, ne in Hiſpaniam tranſirent.*

Hiſpanienſe] *In Hiſpania, contra Sertorium geſtum.*

Seruile] *Bellum ſeruorum, cuius ducem agebat quidam Spartacus.*

Nauale

Nauale] *Piraticum. De his bellis Iuniores hiſtorias conſulant, non enim eſt huius loci aut temporis, prolixè de ijs dicere.*

Concluſio huius membri.

Varia & diuerſa genera, & bellorum, & hoſtium, non ſolùm geſta ab hoc vno, ſed etiam confecta, nullam rem eſſe declarant in vſu militari poſitam, quæ huius viri ſcientiam fugere poſsit.

Confecta) *Ad finem perducta.*

Magna laus Pompeij.

Recitauit Cicero *in hoc primo membro certiſsima indicia, ex quibus nulli difficile eſt colligere, inſignem rei militaris ſcientiam in Pompeio eſſe. Oſtendit etiam Cicero, ſemina omnium virtutum in ipſo Pompeio diuinitùs inſita fuiſſe, atq; hæc ſemina tanquam ſcintillulæ ſtatim à primis annis elucent & emicant. Vt Virgilius de equis inquit:*

Principio pecoris generoſi pullus in aruis
Altius ingreditur, cum mollia crura reponit,
Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus,
Collectumq; premens efflat de naribus ignem.

Sic Pompeius ſtatim in primis ſuæ ætatis annis optimam ſpem futuræ frugis toti Reipub. Rom: oſtendit. Pompeius iſt ein rechter Wunderman geweſen im Römiſchen Reich.

Reich. *Cui omnia prona ceſſerunt, & cui toto nil obſtitit orbe.*

Quoties autem talium virorum mentio fit, qui in genere humano multas res fortiter et præclarè geſſerunt, meminerint diſcentes Pindari dictum:

ὅτι γὰρ πολὺ καὶ πολλὰ ῥέπει, ὀρθᾷ διακρίνειν φρενὶ μὴ παρὰ καιρόν, δυσπαλὲς τεθμὸς δὲ τὶς ἀθανάτων. *Ingentem multitudinem gubernare & varia negocia rectè adminiſtrare, difficile & diuinum eſt.*

SEQVITVR SECVNDA laus Pompeij, à virtute.

Iam verò virtuti Cn. Pompeij, quæ poteſt par oratio inueniri?

Tranſit iam Cicero ad alteram partem Minoris, qua demonſtrat, in Pompeio eſſe ſummã virtutem, quæ laus præcipua & ſumma eſt, & ſuperiori duabusq́ ſequentibus amplior.

Quare in ea etiam, tanquam maximo hominis ornamento, diutius immoratur. Orditur autem hunc locum ab interrogatione negantis, negans vllam facultatem dicendi tantam eſſe, quæ pro dignitate ſatis explicare poſſit virtutem militarem ipſius Pompeij, quam ſummam in eo eſſe oſtendit, ex ijs, quæ geſſit, Nam vt opus artificem arguit, ſic res fortiter geſtæ indicant, in quo inſit virtus militaris.

Propo-

Propoſitio verò ſequentis membri hæc eſt: Virtus Pompeij tanta eſt, vt eius magnitudinem non poßit adæquare oratio.

Syllogiſmus ſit huiuſmodi:

Quæcunq; ſunt aliquo indigna, noua & inaudita, ijs oratio par inueniri non poteſt.

Ea quæ de virtute Pompeij adferri poſſunt, ſunt eo indigna, longeq; inferiora, noua & inaudita. Ergo virtuti Pomp. oratio par inueniri non poteſt.

Minorem huius Syllogiſmi probat, & multiplices in Pompeio virtutes eſſe oſtendit. Vt autem commodiore ordine de his virtutibus dicat, diuidit eas in virtutes bellicas, & togatas ſeu leniores.

Primo loco de bellicis virtutibus in Pompeio eminentibus dicit. Eſt autem bellandi virtus labor in negocijs, fortitudo in periculis, induſtria in agendo, celeritas in conficiendo, conſilium in prouidendo ſecundum rectam rationem.

Iam verò virtuti Cn. Pomp. quæ poteſt par oratio inueniri?

Quid eſt quod quiſquam, aut dignum illo, aut vobis nouum, aut cuiquam inauditum poſsit afferre?

Propoſitio.

De virtute in genere illud Plauti obſeruetur: †

† *Virtus præmium eſt optimum, virtus omnibus*
Rebus anteit profecto, libertas, ſalus, vita,
Res, parentes, patria & prognati, tutantur, ſer-
uantur,
Virtus omnia in ſe habet, omnia adſunt bona pe-
nes quem eſt virtus.

Non enim illæ ſunt ſolæ virtutes imperatoriæ, quæ vulgo exiſtimantur:
Labor in negocijs,
Fortitudo in periculis.
Induſtria in agendo,
Celeritas in cōficiēdo,
Conſilium in prouidendo.

Confirmatio huius propoſitionis, & pars Maioris. Primum autem de bellicis virtutibus dicit.

De his virtutibus vide Xenophon: in Cyripædia.

Diſtinguit Cicero virtutes bellicas obiectis et diuerſis actionibus.

Nam	*Labor*	*cernitur in*	*Negocijs.*
	Fortitudo		*Periculis.*
	Induſtria		*Agendo.*
	Celeritas		*Conficiendo.*
	Conſilium		*Prouidendo.*

Labor in negocijs] *Intelligit tolerantiam laboris, quæ in exequendis negocijs cernitur, vt oſtendit oratio Æneæ apud Virg. 1. lib. Æneid.*
O ſocij (neq; enim ignari ſumus ante malorum)
O paßi grauiora, dabit Deus his quoq; finem.

Vos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Vos & Scyllæam rabiem penituſq; ſonantes
Acceſtis ſcopulos, vos & Cyclopica ſaxa
Experti, reuocate animos mœſtumq; dolorem
Mittite, forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit,
Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum
Tendimus in Latium, ſedes vbi fata quietas
Oſtendunt, illic fas regna reſurgere Troiæ,
Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis.

Fortitudo in periculis] **Beſtendigkeit.** *Nam fortitudo bellica eſt virtus propugnatrix iuſticiæ, ſuſcipiens pericula & labores pro defenſione ſuorum, & confirmat animum, ne periculis frangatur, vt Æneas inquit:*
Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis.

Raro autem reperitur virtus, quæ maneat firma & ſtabilis in rebus ſecundis, aut etiam aduerſis, Talis fortitudo, quæ non frangitur in periculis, fuit in Dauide, Cyro, Miltiade, Leonide, Themiſtocle, Horatio, Camillo, Marcello, Scipione, Cæſare apud Liuium.

Cicero lib. 1. Off. Fortitudo eſt virtus, pugnans pro æquitate. Et ibidem: Fortes & magnanimi habendi ſunt, non qui faciunt, ſed qui propulſant iniuriam.

Induſtria in agendo] **Verſtendigkeit.** *Induſtria dicta eſt ab induendo, quod multo uſu rerum gerendarum comparetur illa facultas, qua facilè & rectè aliquid agimus. Intelligit*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

itaq; Cicero per induſtriam in agendo, Conſtantiam, ſeu habitum rectè agendi, & perſeuerandi in propoſito honeſto rectè ſuſcepto, propter vocationem, ſicut Fabricius contemnit aurum, à Pyrrho oblatum, de quo dicitur: Ille eſt Fabricius, qui difficilius ab honeſtate, quàm ſol à ſuo curſu dimoueri ſolet.

Vel per induſtriam intelligit illam vim mentis, qua, quid in rebus gerendis factu opus ſit, proſpicimus, de qua Demoſth. in Olynth. 1. Magni eſt ingenij, ſtatim in præſenti videre atq; intelligere, quid dicto & facto ſit opus, turpe eſt, re facta, intelligere, quid fieri debuiſſet.

Celeritas in conficiendo] *Per celeritatem in conficiendo, procul dubio intelligit Cicero Zelum, ſeu ardentem amorem patriæ, quo Pompeius impulſus, depellit iniuſtam crudelitatem. Sic Scipio accenditur amore patriæ, & indignatione aduerſus Annibalem, qui multos milites Romanos miſerè mactauerat, vt ſuſcipiat labores & pericula, ad reprimendos Carthaginenſes, Contrarium eſt Lentitas, dormire in vtranq; aurem, nec affici calamitate aliorum.*

Conſilium in prouidendo] *Intelligit prudentiam, quæ eſt noticia vera, regens deliberationes in electione honeſtarum actionum & rerū vtilium, ſecundum rectam rationem, de qua Menander rectè dixit: Conſiliarius, qui præſtat*

pruden-

prudentia, omnia habet. Item: Recta prudentia, magnum eſt decus.

Quæ tanta ſunt in hoc vno, quanta in omnibus reliquis Imperatoribus, quos aut vidimus, aut audiuimus, non fuerunt.

Minor Syllogiſmi ſuperius poſiti.

Teſtis eſt Italia, quam ille ipſe victor Luc. Sylla huius virtute & conſilio confeſſus eſt liberatam.

I.

Pergit probare Cicero has quinq; virtutes bellicas eſſe in Pompeio, ſeptem teſtimonijs.

Teſtis eſt Italia] *Cum celeriter contraxit exercitum contra Cirbonem & Cirnam, vel vbi Marianos oppreßit.*

Teſtis eſt Sicilia, quam multis vndiq; cinctam periculis, nõ terrore belli, ſed celeritate conſilij explicauit.

II.

Teſtis eſt Sicilia] *Quam Perpenna et Carbo ex Italia pulſi, vi occuparant, ea ſpe, vt hoc propugnaculo aduerſus Syllam vterentur, Ergo Senatus conſultum factum eſt, vt Pompeius eò cum imperio proficiſceretur, cuius audito aduentu Perpenna profugit, ac Carbo captus, & à Pompeio damnatus, interfectus eſt, eius caput ad Syllam miſſum Appianus ſcribit. Vide Plutar. Florum & Appianum.*

Teſtis

Teſtis eſt Aphrica, quæ magnis oppreſſa hoſtium copijs, eorum ipſorum ſanguine redundauit.

III.

Aphrica) Quæ oppreſſa erat à viginti millibus hoſtium, quorum tãtum tria millia è manibus Pompeij effugerunt, cæteri omnes, vnà cum duce ſuo Domitio, interempti ſunt, propterea inquit hîc Cicero: Aphrica eorum ipſorum ſanguine redundauit.

Hoc autem bello, intra dies 40. confecto, Romam redijt, & 24. annos natus, adhuc eques Romanus, quod quidem nemini antea contigerat, ex Aphrica triumphauit, Magnusq́ à L. Sylla appellatus eſt. Florus & Plutar.

Teſtis eſt Gallia, per quam legionibus noſtris in Hiſpaniam iter, Gallorum internecione, patefactum eſt (*à Pompeio.*)

IIII.

Gallia) vbi Brutus Mutinæ obſeſſus, per proditionem militum, venit in Pompeij poteſtatem, à quo etiam occiſus eſt.

Hotomanus ſic habet: De bello Tranſalpino apud Plutarchum in Pompeij quidem vita verbum nullum. Scribit autem Florus in Epitome, & Plutarchus in Sertorij vita. Metellum & Pompeium ab obſidione Calagurij oppidi (quod in Hiſpania eſt) depulſos, ac coactos diuerſas

regiones,

regiones petere, Metellum vlteriorem Hiſpaniam, Pompeium Galliam, quo tempore bellum hoc geſsiſſe illum arbitramur, &c.

Teſtis eſt Hiſpania, quæ ſæpiſsimè plures hoſtes ab hoc ſuperatos, proſtratoſq; conſpexit.

V.

Hiſpaniam Pompeius ſuperato & occiſo Perpenna recepit. Vel, In qua Sertorium octauum iam annum cum Populo Rom. bellum gerentem deuicit.

Teſtis eſt iterum, & ſæpius Italia, quæ cũ ſeruili bello tetro, periculoſoq; premeretur, ab hoc auxilium abſente expetiuit, quod bellum expectatione Pompeij attenuatum, atq; imminutum eſt, aduentu ſublatum & ſepultum.

VI.

Quia bella contra Sparticum & Granicum duces ſeruorum geſta metu Pompeij debilitata ſunt, cuius tunc aduentus ex Hiſpania expectabatur, Vide Liuium lib. 95.

Teſtes verò iam omnes oræ, atque omnes exteræ gentes, ac nationes, deniq; maria omnia, tum vniuerſa tum in ſingulis oris omnes ſinus, atq; portus.

VII.

Hoc ſeptimum teſtimonium ſumit Cicero à periculoſiſsimo bello Piratico. Q. D. Omnes extremæ partes Prouinciarum ante latrocinijs piratarũ infeſtæ,

nunc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

nunc pacatæ et tutæ, teſtantur eximiam fortitudinem in Pompeio eſſe.

Quis enim toto mari locus per hos annos, aut tam firmum habuit præſidium, vt tutus eſſet? aut tam fuit abditus, vt lateret?

De ordine breuiter hîc eſt admonenda Iuuentus: cum recitauit Cicero ſeptem teſtimonia, quibus probat, ſummam eſſe virtutem bellicam in Pompeio, iam ne falſa adduxiſſe videatur, probat eadem rei veritate, & ex omnibus bellis eligit bellum omnium difficilimum, in quo bellandi virtutes Pompeij demonſtret, videlicet, Nauale ſeu piraticum, Nam cum nauigatio per ſe ſit difficilis, ſequitur quoq;, illud bellum, quod cum vitæ & rerum diſcrimine geritur, omnium eſſe difficilimum. Obſeruent autem ſtudioſi de difficultate nauigationis Terentij verſiculos:

Non Hercule verbis Parmeno dici poteſt
Tantum, quam re ipſa nauigare incommodũ eſt,
PAR. *Itáne eſt? S. ô fortunate, neſcis quid mali*
Præterieris, qui nunquam es ingreſſus mare.
Nam alias vt omittam miſerias, vnã hanc vide:
Dies triginta aut plus ea in naui fui,
Cùm interea ſemper mortem expectabam miſer:
Ita vſq; aduerſa tempeſtate vſi ſumus.

Et Iuuenalis Saty. 12.

I nunc,

I nunc, & ventis animam committe, dolato
Confiſus ligno, digitis à morte remotus
Quattuor aut ſeptem, ſi ſit latiſsima tæda.

Tota autem hæc commemoratio, de difficultate belli Piratici, eò ſpectat, vt Cicero oſtendat, Pompeium eſſe ſummum Imperatorem, & cui expeditio aduerſus Mithridatem ſit cõmittenda. Et vt Iuniores ſententiam Ciceronis animo melius concipiant, hæc membra obſeruent:

Primò dicit, hoc bellum Piraticum grauiſsimum fuiſſe, quia nemo tam firma præſidia & latentes latebras habere potuit, vt eſſet tutus.

Secundò, multos in hoc bello interfectos eſſe affirmat.

Tertiò, hoc bellum hyeme geſtum eſſe, quo ſemper ſua ſpirant frigora cauri, & omnia difficilius expediuntur.

Quartò, magnitudinem belli exaggerat à genere ipſius belli, & iudicio hominum, & quæ incommoda in longè diſsitis regionibus hoc bello Romanis acciderint, commemorat.

Quintò, Abrumpit iſtum locum, quo commemorauit ea, quæ in longinquis regionibus à Piratis geſta ſunt, & quæ propè Italiam & ferè ante fores facta ſint, exponit, vbi virtutem maiorum cum poſteriorum ignauia comparat, & ſeptem turpitudines ſeu calamitates belli Piratici præcipuè enumerat, vt ordinè in textu monſtrabo.

Tandem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Tandem hoc graue & difficile bellum à Pompeio cum exclamatione compoſitum eſſe concludit.

Quis nauigauit, qui non ſe aut mortis, aut ſeruitutis periculo committeret? cum aut hyeme, aut	*In omni hoſtili conflictu, aut mortis, aut ſeruitutis periculum ſubeundum eſt.*

referto prædonum mari nauigaretur.

Quis nauigauit] *Superius oſtendit, hoc bellum Piraticum magnum eſſe, à locis, in quibus geritur. Nunc à perſonis, quæ ſe periculo obijcere cogebantur, hoc bellum verè magnum eſſe oſtendit.*

Hyeme) *Quanta ſit hyemis aſperitas præſertim in locis ſeptentrionalibus, pulchrè depingit Virgilius in lib. 3. Georg. quos verſus, vt à Iunioribus ediſcantur, ſubijcere placuit.*

Illic clauſa tenent ſtabulis armenta, neq; vllæ
Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes,
Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto
Terra gelu latè, ſeptemq; aſſurgit in vlnas.
Semper hyems, ſemper ſpirantes frigora Cauri,
Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ,
Vndaq; iam tergo ferratos ſuſtinet orbes,
Puppib. illa prius patulis, nunc hoſpita plauſtris,
Æraq; diſſiliunt vulgo. veſteſq; rigeſcunt
Indutæ, cæduntq; ſecuribus humida vina,

Et

Et totæ ſolidam in glaciem vertêre lacunæ
Stiriaq; impexis induruit horrida barbis.
Interea toto non ſecius aëre ningit,
Intereunt pecudes, ſtant circumfuſa pruinis
Corpora magna boum, &c.

Hoc tantum bellum, tam turpe, *(tam graue & dedecoroſum pop. Rom.)* tam vetus, tam latè diuiſum, atq; diſperſum, quis vnq; arbitraretur, aut ab omnibus Imperatoribus vno anno, aut omnibus annis ab vno Imperatore confici poſſe? *(Pomp. bellum intra 40. dies confeciſſe ſcribitur.)*

Hactenus amplificauit pericula & incommoda belli Piratici, nunc exaggerat hoc bellum à magnitudine, à genere & iudicio hominum.

Tam vetus] *Durauit enim annos 23. Continent autem hæc ſummam laudem Pompeij, qui vno anno tantum effecit ſolus, quantum oẽs imperatores multis annis efficere nõ potuerunt. Sæpè mihi in hac laude Pompeij, quæ ſæpius in hac oratione repetitur, in mentem incidit verſus Pſalmi 127. quo viri Heroici, ſeu, vt textus loquitur, filij adoleſcentes comparantur ſagittæ, valida manu contortæ, quæ feriunt omnia, & proſternunt quæ petunt. Sic Pindarus Herculis impetum aduerſus Meropas, qui in Inſula Coa dicuntur habitaſſe, non igni, non ventis nec mari, ſed flumini*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

dicit ſimilem fuiſſe, Nonne enim Alexander, Cyrus, Iulius, Pompeius vt Sagitta ingenti impetu contorta & velut fulmen volitant per orbem terrarum? & diſiunctiſſimas terras citius victorijs & triumphis illuſtrant, quàm cuiuſquam paſsibus poſſunt peragrari? Omnia eis cedunt, omnia prona ſunt, &c.

Quam prouinciam tenuiſtis à prædonibus liberam per hoſce annos? quod vectigal vobis tutum fuit? quem ſocium defendiſtis? cui præſidio claſsibus veſtris fuiſtis.

Magnitudinem belli Piratici ex veriſsimis ſignis colligit & oſtendit.

Bellum Piraticū eſt magnum, Quia
- *I. Nulla prouincia fuit libera, &c.*
- *II. Nullum vectigal fuit tutum.*
- *III. Nullus ſocius defenſus eſt.*
- *IIII. Nulli præſidio ſuis claſsibus Rom. eſſe potuerunt.*

Vectigal] *Scilicet portorium quod penditur pro mercibus.*

Defendiſtis] *Aduerſus Piratas.*

Cui] *Ciui nauiganti, Hinc igitur colligit Cicero, magnam fuiſſe Piratarum poteſtatem, cui populus Romanus reſiſtere non potuerit, &c.*

Quam multas exiſtimatis inſulas eſſe deſertas?

Verè

Verè enim dicitur.
Tunc tua res agitur paries cum proximus ardet.

Quam multas aut metu relictas, aut à prædonib. captas vrbes eſſe ſociorum?

Quam multas) *Quadringentas, vt ſcribit Plutarchus.*

Sed quid ego longinqua commemoro? Fuit hoc quondam, fuit proprium populi Romani longè à domo bellare, & propugnaculis imperij (*exercitibus Rom.*) ſociorum fortunas non ſua tecta defendere.

Reiectio longioris diſtributionis ſignorũ, quæ ſumpta ſunt à rebus geſtis procul ab Italia, Nunc refert ſigna, quæ geſta ſunt in conſpectu Italiæ, et ſeptem turpitudines ſeu calamitates belli Piratici recenſet.

Fuit) *Rectè à Virgilio dicitur:*
Vidi ego lecta diu multo ſpectata labore
Degenerare tamen, niſi vis humana quotannis
Hæc reparet ———

Oſtendit Cicero, imperia paulatim langueſcere, & fortitudinem in imperatoribus ac ducibus concidere & extingui.

——— Sic omnia verti
Cernimus, atq; alias aſſumere pondera gentes
Concidere has ———
——— Summiſq; negatum
Stare diu ———

Natura hominum tanquam effæta ſine vlla dubitatione imbecillior eſt, quàm fuit initio, Sicut docti diſtribuunt tempora iuxta hominis partes, Initiò aiunt regnaſſe τὸ ἡγεμονικόν, id eſt, rationem gubernatricem, artes enim à primis patribus inuentæ ſunt, & ſapientia homines magis, quàm vi, regebantur.

Deinde ſucceßit bellatrix ætas, in qua iam Imperia armis conſtituta ſunt, & quatuor Monarchiæ, inde vſq; ab Abrahæ tempore ad Theodoſium, orbem terrarum rexerunt.

Secuta eſt ætas poſtrema, in qua dominari aiunt ἐπιθυμητικόν. Natura hominum facta languidior, nec ſapientiæ ſtudet, vt olim, nec illos acerrimos labores militiæ ſuſcipit, quos ſuſtinebant olim viri fortes, ſed velut eneruata, delicias & voluptates quærit &c.

Quid ſi Cicero hoc noſtro tempore ſtatum Romani Imperij intueretur, idq; in tot diuerſißimas partes diuulſum, & maxima ex parte à Turcis occupatum videret, pleno ore exclamaret, Fuit hoc quondam, fuit &c.

Romanum imperium nihil eſt niſi nomen inane,
Ah tanti imperij nunc decus alter habet.
Finis adeſt, ſubito motu mox concidet orbis,
Tu Deus Imperij ſceptra tuere tui.

Socijs

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Socijs veſtris ego mare clauſum per hoſce annos dicam fuiſſe? cum exercitus noſtri Brunduſio nunq̃ niſi ſumma hyeme, tranſmiſerint.

Prima turpitudo & calamitas belli Piratici.

Brunduſium, teſte Plinio lib. 3. cap. 11. clariſſima vrbs eſt, nobili portu, quo tuta iam olim Romanis in Græciam via fuit, tum & fuga Pompeij à Cæſare obſeſſi, & fama Appiæ viæ huc vſq; ſtratæ, nobilis.

Lucanus lib. 1.

Brundusij tutas conſcendit Magnus in arces.

Summa hyeme] *Vt temporis aſperitate tuti eſſent à Piratis.*

Quid ad nos cùm ab exteris nationibus (*Græcia, Aphrica, Aſia*) venirent, captos querar? cum legati pop. Rom. redemti ſint?

Secunda turpitudo belli Piratici.

Mercatoribus tutum mare non fuiſſe dicam? cum duodecim ſecures in prædonum poteſtatem peruenerint.

Tertia turpitudo ſeu calamitas Piratici belli.

Hæc ex lectione Plutarchi intelligi poſſunt, qui ſcribit Sextilium & Belinum duos prætores, cum ſuis miniſtris et Lictoribus, captiuos à Piratis abductos fuiſſe.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Duodecim ſecures] *Hypallage eſt, qua inſignia pro magiſtratu ponuntur. Singuli prætores habebant ſex lictores, ſecuribus & faſcibus præeuntes.*

Lictores erant ſuperiorum magiſtratuum viatores, & vt Cicero vocat, apparitores, à Græcis ῥαβδοῦχοι *dicti, quod virgarum faſciculos tenerent.*

Horum munus erat, vt iuſſu magiſtratus apprehenderent, loris, quæ in ſinu geſtabant, vincirent, nudatos virgis cæderent, & ſecuri percuterent. Hinc eſt illud apud Liuium: I lictor, colliga manus, caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito, &c. Et in 7. Verrina: Aderat ianitor carceris, carnifex Prætoris, mors terrorq́ ſociorum & ciuium, lictor Seſtius.

Faſces autem erant virgarum faſciculi, quibus ſingulis ſingulæ ſecures obligatæ erant, ſecuribus tamen in ſummo extantibus. Ex hiſtorijs manifeſtum eſt, apud Reges Romanos hæc Imperij ornamenta & decora in vſu fuiſſe, & à conſulibus, eiectis ex vrbe Regibus, fuiſſe retenta.

Conſules duodecim quidem lictores, qui præferebant faſces, ſed ſine ſecuribus, habebant. Solus dictator duplicatum Lictorum numerũ cum ſecuribus præire ſibi iuſſit. Qui verò cum imperio in prouincias mittebantur, ſecum accipiebant aliquos lictores, cum faſcibus & ſecuribus, quo-

rum

rum officium erat, improbos homines punire. Hinc in Titulo ff. de officio proconſulis cautum eſt, ne amplius quam ſex faſcibus, totidemq́ lictorib. Proconſul in prouincia vtatur. &c.

Plutarchus eleganter imaginem huius rei expreſſit, dicens quoſdam improbos ſanabiles, quoſdam verò deſperatæ improbitatis eſſe, illos virgis de emendatione admoneri, hos autem ſecuri è medio tolli, & tanquam vicioſa membra reſecari à corpore Reipub.

——— Namq; immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

Quid autem Colophonem, aut Samum nobiliſsimas vrbes, innumerabileſq; alias, captas eſſe commemorem? cum veſtros portus, atq; eos portus, quibus vitam & ſpiritum ducitis, in prædonum fuiſſe poteſtate ſciatis.

Quarta turpitudo belli Piratici.

Colophonem) *Colophon & inſulæ & ciuitatis nomen eſt, Colophonij nauales opes ſatis amplas habuerunt, & in equeſtribus certaminibus tantum excelluerunt, vt victoriam inde futurā ſperarent, vnde Colophonius pugnaret equitatus, & in prouerbijs dicerent: Colophonem addidit, cum ſumma operi manus imponebatur. Et Colophonia ferocitas in prouerbio, dicitur de inſolentibus, qui ferociter deſpiciunt & affligunt humilioris fortunæ homines.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Samum] *Samos, Inſula in mari Ionio, iuxta Epheſum &c.*

Vitam & ſpiritum ducitis] *Id eſt, qui ea vobis ſuppeditant, vnde viuitis,* Da jhr alle ewre Narung aus habet. *Ita Ariſtoteles pecuniam vocat animam, vnde viuimus. Et rectè Demoſth. in 1. Olynth.* δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἔστι γενέσθαι τῶν δεόντων *&c.*

Veſtros portus] *Scil. Caietæ, Miſeni, & Hoſtiæ.*

An verò ignoratis, portum Caietæ celeberrimum, atque pleniſsimũ nauium, inſpectante Prætore, à prædonibus direptum?

Quinta turpitudo.

Caieta vrbs & portus Campaniæ.

Inſpectante] *Quæ ſpectantib. nobis fiant, ea magis animos penetrant & vehementius afficiunt. Sic apud Virg.*

——— Quæq; ipſe miſerrime vidi
Et quorum pars magna fui ———

Et in eodem lib. 2. Priamus Pyrrhi ſcelus exaggerat hoc modo.

——— Qui nati coram me cernere letum
Feciſti, & patrios fœdaſti funere vultus.

Prætore] *Quem Prætorem dicat, neque ex Plutarcho, neq; ex Appiano, neq; Dione cognoſcere poſſumus. Fortaſsis autem M. Antonium ſignifi-*

ſignificat, qui ante Pompeium contra Piratas miſſus, malè rem geßit, & indicto Cretenſibus bello, ibidem interijt. Coniecturam iuuat, quod ſcribit Plutarchus, eius filiam à Prædonibus captam fuiſſe.

Ex Miſeno autem, eius ipſius (*prætoris*) liberos, qui cum prædonibus antea ibi bellum geſſerat, à prædonibus eſſe ſublatos?

Sexta turpitudo belli Piratici.

Miſenum promontorium Virgilius lib.6. Æneid:

Nam quid ego Hoſtienſe incõmodum, atq; illam labem, atq; ignomiam Reip. queterar? cum propè inſpectantibus vobis, claſsis ea, cui conſul pop. Rom. præpoſitus eſſet, à prædonib. capta atque oppreſſa eſt.

Septima turpitudo, quæ ex bello Piratico ad Roman. dimanauit, Hac verò longa cõmemoratione nihil aliud vult Cicero, quàm vt oſtẽdat magnitudinem belli, & vt Pompeius Dux aduerſus Mithridatem eligatur.

Hoſtienſe] *Hoſtia vrbs, condita ab Anco Martio Rege in oſtijs Tyberinis, Vide Florum lib.* 1. *cap.* 4.

Fuit autem tanta audacia Piratarum, vt ad vrbem venientes, prædam egerint, quam rem hic Cicero labem & ignominiam populi Romani ap-

 pellat.

pellat, Das ſie ſchand vnd ſchaden empfangen/ vnd daſelbſt eingelegt haben.

Proh Dij immortales, tantámne vnius hominis (*Pompeij*) incredibilis, ac diuina virtus, tam breui tempore lucem adferre Reipub. potuit? vt vos, qui modò ante oſtium Tyberinum claſſem hoſtium videbatis, ij nunc nullã intra Oceani oſtium prædonum nauem eſſe audiatis?

Atq; hæc qua celeritate geſta ſint, quãquam videtis, tamen à me in dicendo prætereunda non ſunt.

Ab exclamatione admirantis magnitudinem virtutis Pompeij oſtendit, quòd ſolus tã potentem & latè graſſantem hoſtem breui temporis ſpacio propulſarit.

Lucem adferre) *Scilicet ex denſiſsimis tenebris, quaſi Neptunus aliquis.*

Intra Oceani) *A freto Herculeo, vnde Oceanus in mediam terram influit.*

Oſtendit Cicero hoc in loco, quanta celeritate Pompeius tam periculoſum bellum confecerit, Quanta autem celeritate Pompeius bellum Piraticum confecerit, ſuperius dictum eſt.

Prætereunda non] *Propoſitio huius membri, de celeritate, qua Pompeius bellum Piraticum abſoluit, Rectius autem fortaßis legeres, prætereundum non eſt.*

Quis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Quis enim vnquam aut obeundi negocij, aut conſequendi quæſtus ſtudio, tam breui tempore, tot loca adire, tantos curſus conficere potuit? quam celeriter Cn. Pompeio duce, belli impetus nauigauit?

Ratio, Negociatores & mercatores ſignificat.

Id eſt, Pompeius celerius per omnes oras, omnia loca maris, arma bellumq́; circumtulit, quàm quiſquam alius mercator priuati negocij conficiendi, aut quæſtus conſequendi cupiditate, tot loca peragrare tam breui tempore potuiſſet, Plutarchus ſcribit: Pompeium ſpacio trium menſium bellum Piraticum confeciſſe, Cicero vero paulum plus temporis eiuſdem belli ponit.

Itinera ſuſcipiuntur	*Negocia conficienda.*
Aut propter	*Quæſtum & lucrum.*

Belli impetus) *Id eſt, claſſis Pompeij, quam propter celeritatem ita nominat.*

Qui Siciliam adijt: Africam explorauit: inde Sardiniam cum claſſe venit: nondum tempeſtiuo ad nauigandum mari: atque hæc tria frumentaria ſubſidia Reipub. firmiſſimis præſidijs claſſibusq́; muniuit.

Rationis iam poſitæ expoſitio.

Tempeſtiuo) *Nam tempus primi veris periculoſum eſt nauigantibus, vt et finis Autumni.*

Hæc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Hæc tria] *Scilicet Siciliam, Sardiniam & Africam. Liuius Siciliam & Sardiniam borrea populi Romani appellat, vtpote quæ frumenta neceſſaria ſubminiſtrarunt.*

Inde ſe cùm in Italiam recepiſſet, duabus Hiſpanijs, & Gallia cis Alpina, præſidijs ac nauibus confirmata: miſsis item in oram Illyrici maris, & in Achaiam, omnēq; Græciam nauibus, Italiæ duo maria maximis claſsibus firmiſsimiſq; præſidijs adornauit,

A diſtributione locorum, ex quibus Pompeius eiecit Piratas.

Duabus] *Superiore & inferiore.*

Præſidijs] *Singulis enim regionibus Duces præfecit.*

In oram] *Id eſt, in eam partem ſuperioris maris, quæ attingit Illyricam regionem.*

Duo maria] *Adriaticum et Tyrrhenum.*

Cis Alpina] *Id eſt, Romanis cis Alpes ſita, quæ vulgo Lombardia dicitur, nobis trans Alpes ſita eſt.*

Maximis claſsibus] *Pompeius ad milites nauigaturos dixit: Nauigare neceſſe eſt, viuere non eſt neceſſe.*

Ipſe autem, vt à Brunduſio profectus eſt, vnde quinquageſimo die totam ad imperium

Quam breui tempore Ciliciam, alterum receptaculum prædonũ, Imperio Romano Pompeius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

perium populi Rom. Ciliciam adiunxit: omnes qui vbiq; prædones fuerant, partim capti, interfectiq; ſunt, partim vnius huius imperio ac poteſtati ſe dediderunt.

peius ſubiecerit, oſtendit.

Partim capti] *Magiſtratus enim ideò diuinitùs habet gladium conceſſum, vt innocentes tueatur & defendat, contumaces verò & improbos pro legib. puniat. Et Vlpianus Iuriſconſultus alicubi inquit: Congruit bono & graui Præſidi, vt pacata atq; quieta prouincia ſit, quam regit, quòd non difficilè obtinebit, ſi ſollicitè agat, vt malis hominibus prouincia careat, eosq; conquirat. Nam & ſacrilegos, latrones, plagiarios, fures conquirere debet, & pro vt quiſq; deliquerit, in eos animaduertere, receptatoresq; eorum coërcere, ſine quibus latro diutius latere non poteſt.*

Idem Cretenſibus, cum ad eum vſq; in Pamphiliam Legatos deprecatoresq; miſiſſent, ſpem deditionis non ademit, obſidesq; imperauit.

Creta, alterum receptaculum Piratarum fuit.

Pamphilia regio Aſiæ, cuius crebra fit mentio in Actis Apoſt. cap. 12. 13. 14. 15. 27. *etc.*

Obſes dicitur ab obſidendo, quia dabatur hoſtibus ab obſeſſis, pro gratia reconciliandæ pacis.

Creten.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Cretenſibus) *Id eſt, prædonibus, qui Cretam inſulam occuparant, quos & Metellus oppugnabat.*

Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longè lateq; diſperſum (quo bello omnes gentes ac nationes premebantur,) Cn. Pomp. extrema hyeme apparauit, ineunte vere ſuſcepit, media æſtate confecit.

Concluſio huius loci qua magnitudinem belli Piratici expoſuit, & fortitudinem Pompeij celebrauit, qua pro lege et pro grege dimicauit, non cedens periculis, ſicut ſcopuli non cedunt ventis aut fluctibus in mari.

Ineunte hyeme apparauit) *Plutarchus bellum Piraticum, confectum ſcribit ſpacio trium menſium, Appianus verò ſic habet: Intra ſeptuaginta dies omnes Piratarum naues, id eſt, amplius trecentæ, in eius poteſtatem venêre, partim vi captæ, partim ipſis deditæ, Centum autem & XX. diebus cunctas illorum vrbes, arces, perfugia, caſtella, receptacula in ditionem populi Rom. ſubiunxit, cæſis ipſorum plus minus decem millibus.*

De Togatis virtutibus Pompeij.

Eſt hæc diuina atq; incredibilis virtus Imperatoris, Quid cætere,

Aliud genus virtutum. Demonſtrauit hactenus Cicero, Pompeium

ræ, quas paulò ante commemorare cœperam, quantæ atque quam multæ ſunt?

peium bellandi virtutē præditum eſſe, reſtat nunc, vt ſimili modo, veluti antea promiſit, reliquas leniores, togatas, vel, vt ita loquar, domeſticas virtutes in eo eſſe oſtendat, quæ quidem non minus, quàm bellandi virtus ſeu belliea fortitudo, in bono imperatore requiruntur & eſſe debent. Has autem virtutes velut in faſciculo complexus eſt Homerus, cum de bono Imperatore dicit:

Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής.

Sis virumq́; bonus Rex, bellatorq́; animoſus.

Tota autem hæc res tali Syllogiſmo comprehendatur.

In ſummo et perfecto Imperatore, non ſolum bellandi virtus quærenda eſt, ſed etiam multæ aliæ virtutes huius adminiſtræ & comites.

In Pompeio non ſolum eſt bellandi virtus, ſed & reliquæ mitiores ac togatæ virtutes.

Igitur Pompeius eſt ſummus & perfectus Imperator, Et per conſequens, bello Mithridatico eſt præficiendus.

Minorem probat, commemoratione ſex virtutum, quas ponit tanquam σύνεργα virtutis bellicæ.

Vt ſunt {
Innocentia.
Temperantia.
Fides.
Facilitas.
Ingenium ſeu prudentia.
Humanitas.

Non enim ſolùm bellandi virtus in ſummo atq; perfecto Imperatore quærenda eſt: ſed multæ ſunt artes eximiæ huius adminiſtræ, comitesque virtutis.

Inſignis locus, monens, quid in viro politico requiratur.

Virtus eſt, ſecundum Lucullum, dare, quod reipſa debetur honori. Eſſe inimicum atq; hoſtem, hominum morumq; malorum, Cōtra defenſorem hominum morumq; bonorum. Commoda præterea patriæ ſibi prima putare.

Artes] *Id eſt, virtutes, vna enim virtus multas alias ſecum trahit, vt alibi Cicero diſputat,*

Ac primùm, quanta innocentia debent eſſe Imperatores? Quanta deinde omnibus in rebus temperantia? Quanta fide? Quanta facilitate? Quanto ingenio? Quanta humanitate?

Enumerat reliquas leniores & togatas virtutes, quas ordine in Pompeio eſſe oſtendit.

Quæ breuiter, qua-

Propoſitio, qua promittit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

lia ſint, in Cn. Pompeio conſideremus, ſumma enim ſunt omnia Quirites, ſed ea magis ex aliorum cõtentione, quam ipſa per ſe cognoſci, atq; intelligi poſſunt.

mittit ſe demonſtraturum, has virtutes omnes in Pompeio eſſe.

Ex aliorum contentione] *Nam contrarijs iuxta ſe poſitis, veritas magis illuceſcit. Quare hîc diuerſas inter ſe perſonas confert, earumq́ contrarios habitus, vicia & virtutes recitat. Sunt enim duo vt docendi, ita cognoſcendi modi: Nam vt per ſeſe res conſideratur, & nominatur* γνῶσις ἁπλῆ, *Aut ex aliorum contentione, qualis quantaq́ ſit perſpicitur, quæ* ἢ κατὰ σύγκρισιν, καὶ συζήτησιν γνῶσις *nominata eſt.*

PROBATIO PRIMAE VIRtutis, lucentis in Pompeio.

Quem enim poſſumus Imperatorem aliquo in numero putare? cuius in exercitu veneant centuriatus, atq; venierint? Quis hunc hominem magnum, aut amplum de Re-

Probationem Minoris Syllogiſmi ſupra recitati, primo ab innocentia virtute omnium pulcherrima incipit, quæ vt in omnium oculos & aures magis incurrat, contrarium vi-

de Repub. cogitare? qui pecuniam ex æra rio depromptam ad bellum adminiſtrandum, aut propter cupiditatem prouinciæ, magiſtratibus diuiſerit: aut propter auaritiam Romæ in quæſtu reliquerit?

cium in alijs Imperatoribus adducit. Vocat autem hîc innocentiam eam iuſticiæ partem, quæ vnicuiq; ſuum reddit, & nemini obeſt, quam Cicero alibi ἀβλαβείαν vocat, Hanc virtutem Cicero Quinto fratri in prima Epiſtola, de Aſia rectè adminiſtranda, his verbis commendat: Tu, tum pecuniæ, tum voluptati, tum omnium rerum cupiditati reſiſtes, vt facis. Proponit in hoc præcepto Cicero fratri ſuo tres quaſi Theſes. I. Vt reſiſtat pecuniæ cupiditati, hoc eſt, non ſit auarus. II. Reſiſtat voluptatum cupiditati, & ab illis ſe contineat. III. Alienas res non cupiat, nec contrectet.

Aliquo in numero] *Nam iniuſtus eſt qui auarè contra officium aliquid facit.*

Veneant centuriatus] *Veneo, quaſi venum ire,* **Verkaufft werden.** *Cicero alibi: quæro, cur bona non venierint. Sententia autem Ciceronis hoc loco hæc eſt: Multi improbi Imperatores pecunijs corrupti, per hoſce annos centuriatum et alia officia caſtrenſia gratia pecuniæ vendiderunt & diuiſerunt, nec ea virtuti militum,*

vt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

ut iure fieri debebat, demandarunt. Hinc Cicero rectè inquit in Officijs: Malè rem ſe habere, cum id, quod virtute effici debet, pecunia tentatur. Mirificè autem deformatur ille vir, in gubernationis faſtigio ſedens, ſi poſthabita publica vtilitate, ſuis tantum commodis, augendæque pecuniæ ſtudeat, nec quo id iure, quáue iniuria faciat, obſeruat. Magiſtratus non ſit αἰσχροκερδής.

Quis hunc hominem magnum] *Plato videtur eum Tyrannum et ſeruum vocare, qui ſuos appetitus nunquam explet, & in ſumma rerum copia valde indiget. Vult autem Cicero hoc loco oſtendere, illum non eſſe ſtudioſum Reipub. qui pecuniam publicam ad priuatos vſus transfert. Cicero, ne in odia magnatum incurrat, neminem hic nominat, ſed fortaßis L. Lucullum vel Craſſum intilligit.*

In quæſtu reliquerit] *ſcil. apud argentarios. Obſeruent hoc loco ſtudioſi dictum Ciceronis, quod eſt in lib. 2. Of. Nullum eſt vicium tetrius, quàm auaritia, præſertim in principib. & Rempub. gubernantibus, habere enim quæſtui Rempub. non modò turpe eſt, ſed ſceleratum etiam et nefarium. Et Mant.*

Dira fames auri, culpæ regina parensque.

Et: φιλαργυρία μητρόπολις πάσης κακίας. Fol, 7

Item: τὸ κεφάλαιον τῶν κακῶν φιλαργυρία.

Veſtra admurmuratio facit, Quirites, vt agnoſcere videamini, qui hæc fecerint, ego autem neminem nomino, quare iraſci mihi nemo poterit, niſi qui ante de ſe voluerit confiteri.

Obſcurè innuit qui hæc fecerunt, Wenn der Hund getroffen iſt/ ſo belltet er.

Veſtra admurmuratio] *Conſuetudo populi Romani fuit, cum quid, quod ſibi placeret in concione audiuiſſet, teneri nō poterat, quin ſummiſſa voce, alius alij benè & præclarè dictū inſuſurraret, Ita hîc Cicero cum Lucullum obſcurè auaritiæ notaſſet, ea re lætus, populus inſuſurrare cœpit, ſignificari Lucullum. Vide Orat: in Piſonem, Epiſt. ad Q. Fratrem. In Verrem Orat. 2. Factus eſt in eo ſtrepitus, & grata concionis admurmuratio.*

Itaq; propter hanc auaritiam Imperatorum, quantas calamitates, quocunq; ventū ſit, (*ſiue in noſtras, ſiue in ſociorum prouincias*) noſtri exercitus ferant, quis ignorat?

Hanc auaritiam, de qua dixit ciuib. Rom: plurimum obfuiſſe oſtendit.

Docet hîc Cicero, vt Princeps à bonis & fortunis locupletum ſe contineat, nihil auarè aut iniquè auferat, neminem ſuis defraudet, & vnicuiq; ſuum relinquat. Et Cicero 2. de Finib. grauiter inquit,

quæ

quæ ſententia hunc locum illuſtrat: Cupiditates ſunt inſatiabiles, quæ non modò ſingulos homines, ſed vniuerſas familias euertunt: totam etiam labefactant Remp. Ex cupiditatibus odia, dißidiæ, diſſensiones, bella naſcuntur, nec hæc ſeſe ſolùm foris iactant, nec tantum in alios cæco impetu incurrunt, ſed intus etiam animis incluſæ, inter ſe dißident atq; diſcordant.

Itinera, quæ per hoſce annos in Italia per agros, atq; oppida ciuium Rom. noſtri Imperatores fecerunt, recordamini? tum facilius ſtatuetis, quid apud exteras nationes fieri exiſtimetis.

Conqueritur de iniurijs, quæ ciuibus & ſocijs à cupidorum Imperatorum exercitibus inferuntur. Et primũ incommodum eſt, quod itineribus ciues grauantur.

Itinera) Das ſie wollen gedencken/ an die Züge/ die da ſind durch das Land vnd Stedt jrer Mitbürger dieſe Jar her geſchehen. *Cicero laudat Q. Fratrem, quòd prouincialibus itineribus non fuerit moleſtus. Quid autem, inquit, reperiri tam eximium, aut tam expetendum poteſt, quam iſtam virtutem, moderationem animi, temperantiam, non latere in tenebris, neq; eſſe abditam, ſed in luce Aſiæ, in oculis clarißimæ prouinciæ atq; in auribus omnium gentium ac nationum eſſe poſitam? non itine-*

ribus tuis perterreri homines, non ſumptu exhauriri, non aduentu commoueri? eſſe, quocunq; veneris & publicè & priuatim, maximam lætitiam, cùm vrbs cuſtodem, non Tyrannum domus hoſpitem, non expilatorem recepiſſe videatur.

Per hoſce annos] *Cum aduerſus Mithridatem, Cilices, Sertorium, Spartacum exercitus ducebant.*

Vtrum plures arbitramini per hoſce annos militum veſtrorum armis hoſtium vrbes, an hybernis ſociorum ciuitates eſſe deletas.

Secundum incommodum, quo oſtendit, per hoſce annos militum Romanorum hybernis plures ciuitates ſociorum direptas & ſpoliatas eſſe, quàm eorum armis vrbes hoſtium captæ ſint. **Das mehr Stedte der freunde vnd Bundtsuerwandten/durch des Römiſchen Krigsuolcks Winterleger/geplündert vnnd vntergangen / denn der Feindt Stedte eröbert/verſtört vnd geſchleiffet ſein worden.**

Neq; enim poteſt exercitum is continere Imperator, qui ſeipſum non continet.

Inſigne Epiphonema.

Obſeruent hic Iuniores verſus Claudiani ad Honorium Imperatorem.

Tu ciuem patremq; geras, tu conſule cunctis

In

In commune iubes, ſi quid cenſesne tenendum
Primus iuſſa ſubi, tunc obſeruantior æqui
Fit populus, nec ferre vetat, cum viderit ipſum
Autorem parere ſibi, componitur orbis
Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, quam vita regentis,
Mobile mutatur ſemper cum Principe vulgus.

Neq; Seuerus] *Viri fortes, ſi quid deliquerint, ignoſci ſibi volunt, Et M. Cato dicere ſolitus eſt: Se pro collato beneficio malle gratiam non accipere, quàm pro illata ab ſe alijs iniuria, pœnam non ſubire.*

Hic miramur hunc hominem (*Pompeiū*) tantum excellere cæteris, cuius legiones ſic in Aſiam peruenerunt, vt non modò manus tanti exercitus, ſed ne veſtigium quidem, cuiquam pacato nocuiſſe dicatur.

Accommodatio exemplorum ad perſonam de qua oratio inſtituta eſt, & oſtendit exercitum Pompeij non diripuiſſe ciuitates.

Vt non modo] *Id eſt, non ſolùm nemini vim intulerunt, ſed etiam ſuis itinerib. ſociorum agris pepercerunt.*

Cuiquam pacato) *Id eſt, Qui hoſtis non eſſet. Eodem modo laudat Cicero Quintum fratrem: quod Aſiam rectè proconſul adminiſtrarit: Nam Græci, inquit, quidem ſic te ita viuentem intuebuntur, vt quendam ex annalium memoria aut*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

etiam è cœlo diuinum hominem eſſe in prouinciam delapſum putent.

Sic in Aſiam] *Bello maritimo in Ciliciam & Pamphiliam.*

Non modo manus] *Id eſt, Non modò nihil rapuiſſe, ſed ne pedem quidem, vbi non licebat, poſuiſſe dicatur.*

Iam verò quemadmodum milites hybernent, quotidiè ſermones, ac literæ perferuntur: non modo, vt ſumptum faciat in militem, nemini vis affertur, ſed ne cupienti quidem cuiquam permittitur.

Quomodo Pompeij milites hybernent, oſtendit.

Cæſ. de Bell. Gall. lib. 7.

Non minus in milite modeſtiam & continentiam, quàm virtutem atq; animi magnitudinem deſidero.

Vt ſumptum faciat] *Id eſt, Pompeius non cogit quenquam, apud quem hybernat, vt ſumptus faciat in militem, ſed etiam prohibet, vt illi qui ſumptus facere velint, eos non faciant. Non igitur Pompeius ſe ipſum tantum continet, ſed etiam ſuum exercitum, in quem ſeuerus eſt in iudicando.*

Hyemis enim, non auaritiæ perfugium, maiores noſtri in ſociorū, atq; amicorum tectis

Non debent bella ſic geri, vt de Philippo Macedone Theopompus apud Athenæum ſcripſit

tectis eſſe voluerunt. ſcripſit: Faciebat, inquit, ſuos ductores pugiles iniuſticiæ & leuitatis. Quid enim turpitudinis & atrocitatis non aderat eis? quæ virtus non defuit? pro ſobrietate ebrietatem amabant, pro iuſticia rapinas et cædes, veritatem verò & pactorum fidem ſuperbè deridebant, periuria demiq; & impoſturas ducebant laudes ingenij, ſua negligebant, aliena rapiebant &c.

Alia laus Pompeij à temperantia atq; modeſtia.

Age verò, cæteris in rebus, quali ſit Temperantia, conſiderate.

M. Antonius apud Ciceronem monet, vt dicentes ſæpè ad propoſitionem reſpiciant. Ita hoc loco iuniores cogitent, de qua re dicatur. Cicero enim ſupra oſtendit, bellicas virtutes in Pompeio eſſe, poſtea acceßit ad alias leniores & togatas virtutes, & dixit ſex alias virtutes in Pompeio lucere, vt ſunt:

ἀβλάβεια.	Innocentia.
σωφροσύνη.	Temperantia.
πίστις.	Fides.
εὐαγωγία.	Facilitas.
φρόνησις.	Prudentia.
φιλανθρωπία.	Humanitas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

De Innocentia virtute pulcherrima, & in Imperatore maximè neceſſaria, ſuperiore lectione dictum eſt. Nunc verò ad Temperantiam, quam Græci σωφροσύνην appellauerunt, quòd omnis ſalutaris ſapientiæ cuſtos & mater ſit, orationem ſuam deflectit Cicero, & hanc in Pompeio eſſe oſtendit, idq; à ſignis & antecedentibus factis. Eſt autem temperantia, teſte Cicerone, virtus, quæ omnes affectus ac motus animi & corporis regit ac moderatur, vt congruant cum lege naturæ, & ordine perſonarum, locorum & temporum. Cicero eruditiſſimè hoc in loco oſtendit, temperantiam alienam eſſe,

Primò, ab Auaritia.

Secundò, à Libidinibus.

Tertiò, à Delectatione rerum iucundarum.

Quartò, à Nouitate cognoſcendi alias vrbes.

Quintò, à Deſidia ſeu quiete.

Sextò, à Cupiditate rerum precioſarum & egregiorum ornamentorum.

Menander.

ταμεῖον ἀρετῆς ἐστὶ σωφροσύνη μόνη.

Eſt temperantia ſola virtutis penus.

Vnde illam tantam celeritatem (*in Piratis perſequendis*) & tam incredibilem curſum inuentum putatis?

A cauſa celeris nauigationis, & quaſi volatus per mare.

Curſum] *q. d. Adeò celeriter nauigauit, vt volaſſe*

volaſſe per mare videatur. Hic mihi in mentem venit verſus Pſal. 127. Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filij Adoleſcentes. Oſtendit viros heroicos à Deo excitari ad res magnas & ſalutares in genere humano, & conſtituenda imperia excitari & gubernari. Quemadmodum autem Pindarus Herculis impetum aduerſus Meropas, qui in inſula Coa dicuntur habitaſſe, non igni, nec ventis, nec mari, ſed flumini dicit ſimilem fuiſſe. Ita Dauid comparat heroicos viros in Repub. ſagittis contortis valida manu, quæ feriunt omnia, & proſternunt quæ petunt. Sic Alexander, Cyrus, Iulius, Pompeius, vt ſagitta, ingenti impetu contorta, volitant per orbem terrarum, & diſtanctiſsimas terras citius victorijs ac triumphis illuſtrant, quàm cuiuſquam paſſibus poſſunt peragrari. Omnia eis cedunt, omnia prona ſunt. Imago quoq; ſagittæ contortæ monet, ſucceſſus illos non contingere ocioſis et ignauis, vt Plutarchus in vita Pauli Æmylij præclarè dixit: οὐ δυνατὸν τὸν μὴ βάλλοντα εὐσοχεῖν. *Non poteſt contingere metam, qui non collimat. Et Sophocles in Electra inquit:* πόνου χωρὶς οὐδὲν εὐτυχεῖ.

Non illum eximia vis (*labor*) remigum, aut ars inaudita quædam gubernandi, aut

Remouet cauſas non proprias tantæ celeritatis, & poſtea veras & proprias addit.

venti

venti aliqui noui, tã celeriter in vltimas terras pertulerunt, ſed hæ res, quæ cæteros remorari ſolent, non retardarunt.

Remigum] Remex is dicitur, qui remis nauem impellit, & qui in mari nauigat.

Noui) Ad illius voluntatem magis ſpirantes, quàm aliorum Imperatorum.

Non auaritia ab inſtituto curſu ad prædam aliquam reuocauit (*vt Luculli milites.*

I.

Oſtendit, quæ res Romanos Imperatores à maximis negocijs auocarint. Primo ponit Auaritiam, quæ eſt metropolis & genetrix omnium vitiorum. Herod. Auarus nemo bonus, nec Rex nec liber eſſe poteſt. Cicero lib. 2 Off. Caput eſt in omni procuratione negocij, aut auaritiæ tollatur vel minima ſuſpicio. Et Saluſtius de Rep. ord. Pecuniæ ſtudium paci communi officit.

Non libido ad voluptatem (*Vt Verrem.*)

II.

Libidinoſo gubernante magiſtratu, politiæ ſalus facillimè euertitur, vt exempla omnium gentium oſtendunt.

Ariſtot: de virt. & vit: diuiſ. Temperantiæ eſt, nihil mirari corporis voluptates, & cuiuſuis fœdæ voluptatis & delectationis minimè appetentem eſſe, & timere etiam iuſtam licentiam, & intentum eſſe in vitæ rationem ſimiliter in paruis

&

& magnis, Aſſectatur autem temperantiam ordo, moderatio, pudor, reuerentia.

Multi autem gubernatores ab honeſto mode, rationis inſtituto intempeſtiuis voluptatibus abducuntur, vt Antonius imparatus oppreſſus eſt, dum agitat conuiuia cum ſua Cleopatra, & negligenter parat bellum. Polybius citat de Æacidis Heſiodi verſum:

Αἰακίδαι πολέμῳ κεχαρηότες ἠΰτε δαιτί.

Cùm enim ſint in animis heroicis accerrimi ad virtutem ſtimuli, non voluptatibus vllis magis delectantur, quàm ipſa virtute. Quare ingenti impetu rapiuntur ad res præclarè gerendas, non conuiuijs, non amoribus, non ſegnitia reuocantur à rebus neceſſarijs. Tales viri fuerunt Alexander & Iaſon Pheræus. Nam de Alexandro hoc præconium facit Plutarchus: ἐπεὶ πρός γε τὰς πράξεας οὐκ οἶνος ἐκεῖνον, οὐχ ὕπνος, οὐ παιδιαί, οὐ γάμος, οὐ θέα, καθάπερ ἄλλους στρατηγοὺς ἐπέσχεν, δηλοῖ δὲ ὁ βίος, ὃν βιώσας βραχὺν παντάπασιν, πλείστων καὶ μεγίστων πράξεων συνέπλησεν.

Iaſonem verò his verbis laudat Xenophon: lib. 6. de rebus Græcis: Catus adeò dux eſt, vt cum fallere hoſtes, aut anteuertere, aut vi adoriri inſtituit, haud ferè fruſtraretur, Noctu ac diu iuxta paratus, ne tum quidem, cum conuiuium agitat ocioſus. Nec antea acquieſcit, quàm

eò, quò tendit, peruenerit, quanquam effecerit quæ ex vſu ſunt. Ad eundem modum & milites aſſuefecit, quibus & prolixè indulget, vbi facinus aliquod egregium fecerunt, eſtq; perſuaſum omnibus, qui apud eum ſtipendia merent, voluptatem atq; ocium labore parari. Ipſe omnium, quos noui, parciſsimè voluptatibus fruitur, quare nec hæ morantur, quo minus rectè res gerat.

Non amœnitas ad delectationem.

III.

Tertia cauſa moræ & retardationis, videlicet, Amœnitas rerum & locorum nouorum, quæ interdum gubernatorum mentes ab inſtituto reuocat et remoratur. Cicero in Oratione pro Cælio: Ego ſi quis, iudices, hoc robore animi atq; hac indole virtutis ac continentiæ fuit, vt reſpueret omnes voluptates, omnemq; vitæ ſuæ curſum in labore corporis, atq; in animi contentione contineret, quem non quies, non remiſsio, non æqualium ſtudia, non ludi, non conuiuia delectarent, nihil in vita expetendum putaret, niſi quod eſſet cum laude & dignitate coniunctum, hunc mea ſententia diuinis quibuſdam bonis inſtructum atq; ornatum puto.

Non nobilitas vrbis ad cognitionem.

IIII.

Quarta cauſa moræ, cognitio ſeu inſpectio ampliſsimarum vrbium. Plutarchus in vita Pompeij

Pompeij ſcribit: Pompeium de ſuſcepto negocio ſollicitum, cæteras vrbes præterijſſe, ſed Athenas adueniſſe, ibiq́ rem ſacram feciſſe, ſed habita concione populi, ex templo diſceßiſſe.

Non deniq; labor ipſe ad quietem.

V.

Quinta cauſa moræ, labor, Illi qui aliquid laude dignum efficere volunt, nec ſunt molliculi aut effæminati. Alexander Magnus interrogatus, quomodo ſibi ſpacio 12. annorum, totum orbem terrarum fermè ſubiugaſſet, Reſpondit, Μηδὲν ἀναβαλλόμενος, Id eſt, Nihil cunctando. Item: Dormiendo & deſidendo nemo eſt gloriam aſſecutus. Et Boëtius concludens labores Herculis, inquit:

Ite nunc fortes vbi celſa magni
Ducit exempli via, quid inertes
Terga nudatis? ſuperata tellus
Sydera donat.

Poſtremò ſigna & tabulas, cæteraq; ornamenta Græcorum oppidorum, quæ cæteri tollenda eſſe arbitrantur, ea ſibi ille ne viſenda quidem exiſtimauit.

VI.

Sexta cauſa moræ, In Aſia, vt Cicero in Epiſtola ad Q. fratrem teſtatur, fuerunt multa ſigna, ἀγάλματα, ex marmore, auro, uel ære, facta à ſummis artificibus Praxitele, Myrone, Polycleto, qualia dicitur

quoq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

quoq; *Verres ex Sicilia exportaſſe, vt ſignum marmoreũ Cupidinis, Herculem ex ære factum, Dianam cum armis ſuis. Fuerunt & in Aſia multæ elegantes picturæ, ſeu Tabulæ pictæ coloribus & lineamentorum ductu, Echionis, Apellis, Melanthi & Nicomachi opera, vt Liber pater, Semiramis ex ancilla regina facta.*

Cicero ad Q. fratrem ſcribens inquit: Præclarum eſt ſummo cum imperio fuiſſe in Aſia triennio, ſic vt nullum te ſignum, nulla pictura, nullum vas, nulla veſtis, nullum mancipium, nulla forma cuiuſquam, nulla conditio pecuniæ (quibus abundat iſta prouincia) à ſumma integritate, continentiaq; abduxerit.

Ne viſenda quidem] *Sic Alexander Magnus captiuas Darij filias aſpicere noluit, ſed auertens faciem dixit: Perſicas puellas eſſe dolores oculorum.*

Itaque omnes quidem nunc in his locis (*Aſiæ*) Cn. Pompeium ſicut aliquem non ex hac vrbe miſſum, ſed de cœlo delapſum intuentur.

Amplificat hunc locum ab ijs quæ conſecuta ſunt temperantiam: *

* *Virtutis comes eſt certiſſima gloria ſemper,*
Vmbra comes veluti corporis eſſe ſolet.

E cœlo delapſum] *Plutar. de doct. Princ. Principes miniſtri ſunt Dei, ad curam et ſalutem homi-*

homi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

hominum, quæ Deus illis largitur, partim diſtribuant, partim ſeruent. Idem, Reges Deorum diſcipulos vocat. Et ſic Cicero ſalutares gubernatores diuinitùs mitti et excitari oſtendit. Vtitur autem Cicero prorſus eadem loquendi forma in Epiſt. ad Q. F. vbi ſic inquit: Nam Græci quidam ſic te ita viuētem intuebuntur, vt quendam ex annalium memoria, aut etiam è cœlo diuinum hominem eſſe in prouinciam delapſum putent. Hæc etiam phraſis, De cœlo delapſus, dicitur de hominibus qui ſunt eximia virtute & ſapientia, & quaſi cœlitùs in hanc terram, vt cum vicijs bellum gerant, putantur veniſſe. Plato in Menone ſcribit Lacones, ſi quem laudarent virum bonum, dicere ſolitos eſſe, θεῖος οὗτος ἀνήρ. Sic hoc loco Pompeius propter ſingularem continentiam videtur οὐρανοπετὴς. Et Ariſtoteles in Ethicis inquit: Virtus, quæ ſuperat vires communes humanæ naturæ, Heroica nominata eſt. Sicut Homerus facit Priamum de Hectore loquentem, Valde bonus eſt, nec videtur hominis mortalis filius eſſe, ſed Dei.

Hinc apparet Ethnicos ſaniores ſemper in illa ſententia fuiſſe, quod mundus prouidentia gubernetur ac regatur, Viderunt enim viros heroicos ſubito excitari ad inſtaurationem & conſtitutionem imperiorum, vt Herculem, Cyrum, Alexandrum, Auguſtum, & alios. Hos vocabant

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

filios Dei, non quod arbitretur ex natura Dei ortos eſſe, ſed quia videbant eos à Deo iuuari, ac mirabiliter regi & protegi.

Nunc deniq; incipiunt credere, fuiſſe homines Romæ hac quondam abſtinentia, quod iam nationibus exteris incredibile, ac falsò memoriæ proditum videbatur: nunc imperij noſtri ſplendor illis gentibus lucet: Nunc intelligunt, non ſine cauſa maiores ſuos, tum, cum hac temperantia magiſtratus habebamus, ſeruire populo Romano, quàm imperare alijs maluiſſe.

Pergit oſtendere, quid boni ex hac Pompeij temperantia ſit conſecutum, nempe quod ſuo exemplo effecerit, vt exteri benè nunc ſentiant de Romanis, eaq; vera eſſe ſtatuant, quæ de virtutibus Rom. literis & memoriæ ſunt prodita. Auguſtus optauit, Germaniæ virtutem, Alexandri gratiam, Pompeij et ſuam fortunam.

Homines Rom.] *Vt Scipiones, Curios, Camillos, Fabios, Fabricios, quorum hiſtoriæ notæ ſunt.*

Athenæus libro δειπνοσοφ. 5. *Romanorum continentiam laudans, de Scipione Africano ſic ſcribit: Romani veteres omnibus in rebus prudentes & optimi viri fuerunt. Scipio, Africanus qui dictus eſt, à Senatu ad conſtituenda*

orbis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

orbis terrarum regna Legatus, vt idoneis viris committerentur, quinq; ſolos ſeruos ſecum eduxit, quemadmodnm in hiſtoria Polybius & Poſidonius commemorãt, cumq; vnus in itinere eſſet mortuus, ad ſuos miſit, vt alium pro illo emerent, ad ſeq; mitterent.

Nationibus exteris] *Græcis, Aſiaticis.*

Seruire populo Rom.] *Nullum enim maius & diuinius bonum poteſt nationi contingere, quàm magiſtratus virtutibus ornatus, cui obtemperare multò vtilius eſt populis, quàm alijs imperare.*

Tertia laus Pompeij à facilitate.

Iam verò ita faciles aditus ad eum priuatorum, ita liberæ querimoniæ de aliorum iniurijs eſſe dicuntur, vt is, qui dignitate Principib. excellit, facilitate par infimis eſſe videatur.

Tertia virtus Pompeij: Facilitas, quæ ſuperius ordine quarta fuit.

Facilitatem Græci εὐαγωγίαν, εὐπροσιτίαν, καὶ εὐπροσηγορίαν *appellant, qua facilè aliquẽ admittimus ad congreſſum & colloquium. Sic Cicero ad Q. Frat. Ad te patere aures tuas querelis omnium, nullius inopiam ac ſolitudinem non modò vllo populari acceſſu ac tribunali, ſed ne domo*

quidem tua & cubiculo eſſe excluſam. Eſtq; hæc magna laus, quod ad ſe quemlibet facilè admittat, & querelas omnium libenter audiat. Habet autem hæc virtus maximam vim ad colligendam beneuolentiam apud alios. Sic Agapetus laudat Iuſtinianum, quod inacceſſus quidem videatur propter imperij celſitudinem, neminem tamen ad Dei exemplum à ſe reijciat. Et Iſocrates hortatur Nicoclem: Ἄκουε τοὺς λόγους τοὺς περὶ ἀλλήλων.

Traianus reprehenſus ab amicis, quòd ſe alijs familiariorem faceret, quàm Imperatorem deceret, reſpondit: Talem præſtabo me Imperatorem priuatis, qualem ipſe priuatus optaſſem. Item Auguſtus ſolitus eſt dicere, Subditos non debere Dominis literas offerre eo modo, quo pabula Elephantibus & Leonibus præbentur, Id eſt, cum tremore & timore. Et Veſpaſianus dixit: Non oportet quenquam à ſermone Principis triſtem diſcedere. Hanc laudem & Plutarchus Ciceroni tribuit, ſcribens eius domum ianitore caruiſſe, ipſum cubantem à nemine viſum eſſe, mane autem quibuslibet ſalutatum venientibus dexteram dediſſe.

Menelaus, vt nuper audiuiſtis in Iphigenia in Aulide apud Euripidem, grauiſsimè reprehendit Agamemnonem, quod primùm cum incepiſſet Græcis ad Ilium imperare, omnibus valde af-

fabilis fuiſſet, omnibus patefeciſſet fores, & quoslibet ad ſe admiſiſſet, ſortitus verò imperium mutatis moribus difficilis eſſet aditu, & rarò admodum in caſtris videretur.

Quarta virtus.

Iam quantum conſilio, quantum dicendi grauitate, & copia valeat, in quo ipſo ineſt quædam dignitas Imperatoria, vos Quirites hoc ipſo in loco ſæpè cognoſtis.

Quarta virtus Pompeij, Prudentia, cum ſingulari eloquentia cõiuncta, de qua Cæſar lib. 2. de Bello Ciuili: Non minus eſt Imperatoris ſuperare conſilio, quàm gladio. Non enim, vt eſt in Tragœdia Sophoclis, lati neq; latis dorſis præditi viri tutiſsimi ſunt, ſed qui rectè ſapiunt, illi vbiuis vincunt, cæterum ingens lateribus bos, à parua tamen ſcutica rectus, viam ingreditur

De conſilio Euripidis obſeruentur verſus.

Conſilium ſapienter initum multas manus
Vincit, Imperitia verò cum multitudine
Deterius malum eſt.

Iſocrates εὐβούλους *eos vocat principes, qui ipſi coràm optimè de negocijs imperij & ſuadent & diſſerunt. Exemplum huius rei vide in Themiſtocle, cuius conſiliorum in rebus neceſſarijs excellentiam ſummis laudibus prædicat Thucydides.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Obſeruent etiam iuniores, quòd veræ & ſalutaris prudentiæ gradus hi à doctis numerari ſoleant:

Primò, ſuo ſe metiri pede, ſeu vires ſuas explorare & ſupra illas nihil ſuſcipere. Nam ſtultitia eſt maiora viribus tentare.

Secundus gradus, habere delectum inter neceſſaria & polypragmonica.

Tertius, diſcernere honeſta & turpia, & nullam rem tanti facere, vt aliquid contra honeſtatem committamus.

Quartus, Vtilitatem honeſtati anteferre.

Quintus, Explorare hoſtium conſilia, quibus nos opprimere ſtudent.

Sextus, Tempori inſeruire, ſalua religione & diſciplina. Nam vt Euripides in Troadibus inquit:

ἐρημία γὰρ πόλιν ὅταν λάβῃ κακὴ
Νοσεῖ τὰ τῶν θεῶν, οὐδὲ τιμᾶσθαι θέλει.

Quando vaſtitas in Repub. efficitur,
Iacet relligio resq́; diuinæ.

Septimus, Non temerè credere, ita tamen vt ſuſpicio abſit.

Octauus, Non nimium ſapere.

Nonus, Cum medium attingere ſit difficile, melius eſt, vt Iſocrates inquit, minus facere, quàm nimium facere.

In quo ineſt dignitas Imperatoria] *Obſeruent*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

uent ſtudioſi, quòd Cicero dicit, in prudenti eloquentia ineſſe dignitatem Imperatoriam. Nam, vt idem de cla. orat. inquit, pacis eſt comes ocijq́ſocia, & iam benè conſtitutæ ciuitatis velut alumna quædã eloquentia. Idem pro Murena, Duæ ſunt artes, quæ poſſunt homines locare in ampliſſimo gradu dignitatis, Vna Imperatoris, Altera Oratoris boni. Ab hoc enim pacis ornamenta retinentur, ab illo vero belli pericula propulſantur.

Et profectò ſi rem attentè conſideres, duæ ſunt hominis propriæ ac ſummæ virtutes, quæ & vniuerſæ vitæ gubernationem continent, & ab omnibus, quotquot in ſtudijs doctrinæ verſantur, magna cum cura ac diligentia expetendæ ſunt, videlicet, σύνεσις καὶ δύναμις ἑρμηνευτική. Id eſt, cognitio rerum ac verborum, & facultas res cognitas conuenienti orationis genere eloquendi. Itaq́ apud Xenophontem Socrates vir etiam Apollinis oraculo iudicatus ſapientiſſimus aſſeuerat, μόνους ἀξίους εἶναι τιμῆς τοὺς εἰδότας τὰ δέοντα. καὶ ἑρμηνεῦσαι δυναμένους. Et apud Thucydidem Pericles ideo ſe in Rempub. Attica gubernacula tenere affirmat, ὅτι οὐδενὸς ἥσσον οἴεται ἑαυτὸν εἶναι γνῶναι τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα. Homerus etiam cum ſapientiſſimi Regis imaginem proponit, vtriuſq́ virtutis laudem ei tribuit, inquit enim de Vlyſſe: ὢ ςὺ μὲν

μορφὴ ἐπέων, ἐνὶ δὲ φρένες ἐσθλαί. Mente vales, iuncta eſt facundis gratia dictis. Idem Homerus alibi inquit:

Quem Deus eloquio ornauit, ſpectare ſolemus
Attentiq; audire omnes, cum dulcia fundit
Verba verecundè.

Hoc etiam docere voluit Neſtoris & Vlyßis exemplo, cum huic tribuit ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν, *de illo verò dixit:* τοῦ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Quinta virtus.

Fidem verò eius inter ſocios quantam exiſtimari putatis? quam hoſtes omniū gentium ſanctiſsimā eſſe iudicarint.

Quinta Pompeij virtus, Fides, quæ eſt dictorum & factorū conſtantia, de qua Propertius: Multum in amore fides, multū conſtantia prodeſt. Et Eurip. in Taur. Eximia res eſt lingua cui fides adfuerit. Liuius 3. Dec. lib. 4. Fides maximum vinculum bonis amicis. Idem Dec. 3. lib. 3. Niſi fide ſtet Reſpub. opibus non ſtabit. Et Pittaci dictum eſt: Princeps ſit grauis, non vultus contractione, ſed inſtitutione vitæ, nulla prorſus in re inordinatè ſe gerens ſed æquè promißiones quaslibet verborum, & Iuſiurandum ſeruet.

Quam hoſtes omnium gentium] *Nam vt*

alijs contractibus & pollicitationibus fides ſeruanda eſt, ita etiam fides hoſti data ſeruetur, Huius rei exemplum habes apud Ciceronem in Officijs, de Regulo ſeruante fidem Carthaginenſib. Et Ariſtoteles rectè monuit Alex: Mag: vt pacta ſeruaret, alioquin ſe malum finem habiturũ. In laudem Fidei ſic exclamat Cicero: O fides alma, apta pennis, & Iuſiurandum Iouis, qui igitur Iuſiurandum violat, is fidem violat, quam in Capitolio vicinam Iouis opt: maiores noſtri voluerũt eſſe, Teſtis ſit Q. Scæuola, fidei nomen latius patere, idq; verſari in tutelis, fiducijs, mãdatis, rebus emptis, & alijs contractibus. Iſocrates miſerrimos eos iudicat, qui in rebus creditis fidem frãgunt, quod neceſſe ſit eos ita timidè viuere, vt nec amicis, nec inimicis ipſi quicquã viciſſim credant, ex ſuo ingenio iudicantes alios.

Sexta virtus.

Humanitate iam tanta eſt, vt difficile dictu ſit, vtrum hoſtes magis virtutem eius pugnantes timuerint, an manſuetudinem victi dilexerint.

Sexta virtus Pompeij, Humanitas, φιλανθρωπία, καὶ πρᾳότης, *de qua Claudianus:* †

† *Sis pius imprimis, nam cum vincamur ab omni*
Numine, ſola Deos æquat clementia nobis. Et:
Quo quiſq; eſt maior, magis eſt placabilis iræ
Et faciles motus mens generoſa capit.

Sic Sabinus noſter alicubi cecinit:

Clemens eſſe bonis debes, & ſontibus atrox,
Æquat enim ſuperis animi clementia Reges.

Obſeruetur etiam Platonis dictum epiſt. 4. Neceſſaria eſt ad res gerendas homini beneuolentia, auſteritas verò ſolitudinem amicorum parit. Et Cicero ad *Q. F. Nihil eſt tam regium, tam liberale, tamq́ munificum, quam opem ferre ſupplicibus, excitare afflictos, dare ſalutem, liberare periculis homines.*

Exempla humanitatis illuſtria ſunt in Alex: Mag: quem ſcribit Plutarchus & iuſtum & beneficum, καὶ ἥδιστον βασιλέων συνεῖναι, καὶ χάριτος οὐδεμίας ἀμοιροῦντα, *Id eſt, Suauiſſimum omnium regum in familiari conſuetudine, & omnibus gratijs ornatum fuiſſe.*

In Cyro apud Xenophon: In Auguſto, Iulio, qui etiam hoſtes in gratiam recepit, & omnibus bonis ac dignitatibus reſtituit, vt in oratione pro M. Marcello audiuiſtis. Qui idem Iulius in campo Pharſalico cum Rom. milites miſerrimè trucidari videret, gemibundus exclamauit: O miles, ô miles, parce ciui Romano.

Concluſio laudum Pompeij, qua ſuperiora inſtituto accommodat.

Et quiſquam dubitabit, quin huic tantum bellum hoc tranſmittendum ſit? qui ad omnia veſtræ memoriæ bella conficienda, diuino

diuino quodam conſilio natus eſſe videadeatur.

Viri heroici diuinitus excitantur.

Tertia laus Pompeij ab autoritate, & rebus grauiter ab eo geſtis.

Et quoniam autoritas multum quoq; in bellis adminiſtrandis, atq; imperio militari valet, certè nemini dubium eſt: quin ea in re, idem ille Imperator plurimùm poſsit.

Maior ſyllogiſmi.

Autoritatem vocat grauē & vehementem opinionem, de alicuius ſingulari virtute ac magnitudine conceptā. *Plato in legibus grauiſsimè dixit: Omne, quod ordinem & legem quandam habet in ciuitate, omnia bona operatur, Idem & de ordine ac pulcherrima œconomia huius Orationis dicere poſſumus, cuius lectio vtilis erit iunioribus, quia continet viuum exemplar ordinis & optimæ diſpoſitionis, quam ſtudioſi conſiderantes, ſimilia quædam facere conentur.*

Scitis, & profectò ſcire debetis, Ciceronem ſuperius integrum ſyllogiſmum propoſuiſſe, quo affirmauit, Eum eſſe magnum præcellentemq; virum, & ſummum Imperatorem, in quo ſit

1. *Scientia rei militaris.*
2. *Virtus.*
3. *Autoritas, &*
4. *Felicitas.*

Has

Has quatuor pulcherrimas & verè heroi-cas virtutes in Pompeio elucere affirmauit, & vt fides huic affirmationi haberetur, demonſtra-uit hactenus in Pompeio eſſe ſcientiam rei mili-taris maximam, & omnis generis virtutes cu-mulatiſſ. Hoc verò in loco tranſit ad tertiam partem ſuperioris ſyllogiſmi, qua oſtendit, eun-dem hunc Pompeium plurimum apud omnes au-toritate valere, idq́ non ſolùm apud ſocios, ſed & ipſos hoſtes. Res, vt planior fiat, hoc ſyllo-giſmo comprehendatur:

In quocunq́ viro, præter rei militaris ſcien-tiam & virtutem, eſt clariſſima autoritas, is eſt ſummus & perfectus Imperator.

In Pompeio præter rei militaris ſcientiam et virtutem eſt clariſſ. autoritas.

Ergo Pompeius eſt ſummus Imperator, & per conſequens, bello Mithridatico præficiendus.

Vel ſic:

Autoritas plurimum valet in bello.
In Pompeio eſt autoritas.

Ergo Pompeius in adminiſtrando bello pluri-mum valet.

Maiorem declarat à contrarijs exemplis eo-rum, qui nullam apud milites autoritatem ha-buerunt.

Minorem probat, primò ab ijs, quæ maximè pariunt homini autoritatem, vt ſunt: 1. fama re-

rum geſtarum, & aliorum præſtantium virorum de quopiam iudicia.

Secundo probat Minorem à duobus exemplis, quorum primum eſt, quòd eo ipſo die, quo Pompeius belli Piratici Imperator deſignatus eſt, magna copia frumentorum ſit aduecta. Secundum eſt, quòd Mithridates & Tigranes, audientes Pompeium in Aſiam aduentare, non parum territi ac commoti ſint, vnde facilè colligi poteſt, Pompeium etiam ob hoſtibus magnifieri.

Autoritas multum quoq;] *Autoritas*, **Das anſehen vnd gute lob/das man von eim hat.** *Cicero eruditißimo ordine in hac oratione recenſet neruos, euehentes aliquem ad gubernationem, inter quos eſt & autoritas, quæ ſingulare & ſolius Dei donum eſt, ad quam tuendam & parandam tria neceſſe eſt concurrere.*

I. Eximiam virtutem & prudentiam.

II. Felices ſucceſſus in negocijs vocationis.

III. Inclinationem animorum diuinitùs factam in ſubditis, vt rectè monentes diligant, ijsq; ſine contumacia obtemperent.

Hæc tria bona cum ſolius Dei dona ſint, perſpicuum eſt, autoritatem nec poſſe, nec debere imitatione accerſi. De hac re obſeruetur dictum Salomonis Prou. 20. Vt oculus videat & auris audiat, Dominus facit vtrumq;, hoc eſt, vt Alexander Magnus valeret conſilio, & cerneret

quo-

quomodo bella adminiſtranda eſſent, & ne eius conſilia aſpernarentur ſubditi, ſed ſponte obtemperarent, & iuuenē ſequerentur, vtrumq́ diuinitus fiebat. Sic Iulij Cæſaris tanta fuit autoritas vt etiam fugientes exercitus ſiſtere potuerit. Plurimum autem errat, qui inuitos canes venatum ducit, ſed ſubditis promptè ſequentibus ductum & auſpicia gubernatorum, res magnæ & ſalutares geri poſſunt. Qui igitur ad Rempub. acceſſurus eſt, petat à Deo non modo oculum videntem, ſed etiam aurem audientem, vt Salomon loquitur.

Vehementer autem pertinere ad bella adminiſtranda, quid hoſtes, quid ſocij de Imperatorib. veſtris exiſtimēt, quis ignorat? Cum ſciamus homines in tantis rebus, vt aut contemnant aut metuant, aut oderint, aut ament, opinione non minus famæ, quàm aliqua certa ratione commoueri.

Probatio Maioris à teſtimonio aliorum, quòd autoritas multum valeat.

Subditi ſuos gubernatores 1 aut contemnunt 2. aut metuunt, 3. aut oderunt, 4. aut amant.

Opinione non minus famæ]

Fama malū, quo non aliud velocius vllum, &c.

Inprimis autem boni gubernatores in hanc

curam

curam incumbant, ne vel leui ſuſpicione alicuius delicti apud ſubditos traducantur, Nam, vt Mimus habet, Suſpicio graue eſt hominibus malum. Et Cicero pro Cluentio: Perinde vt eſt opinio de cuiusq; moribus, ita quod ab eo factum eſt, & non factum exiſtimari poteſt. Curemus igitur non tantùm habere bonam conſcientiam, ſed quantum poteſt noſtra infirmitas, quantum vigilantiæ fragilitatis humanæ, curemus nihil etiam facere, quod veniat in malam ſuſpicionem, vt verbis Auguſtini vtar.

Quod igitur nomen vnquam in orbe terrarum clarius fuit? cuius res geſtæ pares?

Minor Syllogiſmi & eius confirmatio, ſeu probatio.

De quo homine vos, id quod maximè facit autoritatem, tanta & tam præclara iudicia feciſtis?

Probat autoritatem Pompeij ab ijs rebus, quibus ea maximè comparatur, vt ſunt magna & præclara populi Romani de ipſo iudicia, egregia de eodem fama, mul tæ res ab eo grauiter geſtæ, exterarum deniq; gentium & hoſtium de illo opiniones atq; iudicia. Et vt hoc membrum facilius à iunioribus percipiatur, talem Syllogiſmum conſtituemus:

De quocunq; præclara iudicia tuliſtis, & cuius egregia eſt fama, res multæ grauiter geſtæ,

magna

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

magna apud exteros populos exiſtimatio, eius clariſsimum eſt nomen maxima autoritas.

De Pompeio præclara vos iudicia tuliſtis, cum eques Romanus ante ſenatoriam ætatem triumphauit. Quæſtor aduerſus Sertorium miſſus eſt &c. eiusq́ egregia eſt fama, res multæ grauiter geſtæ, magna deniq́ apud exteras gentes exiſtimatio.

Ergo Pompeij clariſsimum eſt nomen & magna autoritas.

Primum huius ſyllogiſmi membrum recitauimus, inquit enim Cicero, populum Romanum præclara de Pompeio iudicia tuliſſe, Sequitur nunc ſecundum ſyllogiſmi membrum.

De quo homine vos] *Cicero in Philip. Is verus triumphus eſt, cum bene de Repub. meritis, teſtimonium à conſenſu ciuitatis datur.*

An verò vſquam vllam eſſe oram tam deſertam putatis? quo non illius diei fama peruaſerit: cùm vniuerſus populi Rom. referto foro, repletiſq; omnibus templis, ex quibus hic locus, *(Roſtra)* conſpici poteſt, vnum ſibi ad commu-

Secundum ſyllogiſmi membrum, de egregia Pompeij fama, vnde autoritas eius colligi poteſt. Cicero de Nat. deorum. Id ratum habent homines, quod ab eo, quem probant, iudicatum vident.

Omnibus templis) *Quæ circũ forum ſunt.* Cum

mune omnium gentium bellum, Cn. Pōpeium Imperatorem depopoſcit?

Cum vniuerſus] *Intelligit Cicero illud tempus, quo Lege Gabinia Pompeio bellum aduerſus omnes gentes commiſſum eſt.*

Commune omnium] *Ad Piraticum bellum, Nam Piratæ ſunt hoſtes omnium gentium.*

Itaq; vt plura non dicam, neq; aliorum exemplis confirmē, quātum autoritas valeat in bello, ab eodē Cn. Pompeio omnium rerum egregiarum exempla ſumantur.

Tertium membrum minoris, quo probat maximas res ab eo geſtas eſſe autoritate. Recitat itaque aliqua exempla ſeu ſigna rerum egregiarum, quas Pompeius ſua autoritate effecit.

Qui quo die à vobis maritimo bello præpoſitus eſt Imperator, tanta repentè vtilitas annonæ, ex ſumma inopia, & caritate rei frumentariæ, cōſecuta eſt, vnius ſpe & nomine, quāta vix ex ſumma vbertate agrorum, diuturna pax efficere potuiſſet.

Qui quo die] *Primum exemplum ſeu ſignum, videlicet quod electo Cn. Pompeio imperatore aduerſus Piratas, ſtatim maxima vtilitas annonæ ſubſecuta eſt, quæ à Piratis erat impedita, mare obtinentibus. Vide Appianum & Plutarchum.*

Ex ſumma inopia] *Cuius cauſa erant Pi-*

ratæ, qui cum in mari dominarentur, impediebatur frumentorum importatio, vnde annonæ caritas extitit, Africani enim Romam nauigare non potuerunt.

Vnius ſpe & nomine) *Pompeij autoritate formido & metus Piratis incuſſus eſt, ita vt mare reliquerint, atq; inde mari iam aperto vilitas annonæ ſubſecuta eſt, & mercatores magnum frumenti numerum Romam adduxerunt.*

Iam vero accepta in Ponto calamitate, ex eo prælio, de quo vos paulo ante inuitus admonui, cum ſocij pertimuiſſent, hoſtium opes animiq; (*læti propter victoriã*) creuiſſent, cum ſatis firmum præſidiũ prouinciæ non haberet, amiſiſſetis Aſiã Quirites, niſi idipſum eius temporis diuinitus Cn. Pompeium ad eas regiones (*Aſiaticas*) fortuna populi Rom. attuliſſet.

Alterum exemplum ſeu ſignum, quo probat minorem, videlicet eſſe autoritatẽ in Pompeio.

Calamitate) *ſcilicet C. Triario deuicto.*

Amiſiſſetis Aſiam) *Cicero 1. Off. Ea virtus eſſe videtur præſtantis in Rempub. viri, quæ eſt fructuoſa alijs, ipſi autem laborioſa, aut periculoſa, aut certè gratuita.*

Ad eas regiones) *Maritimo bello, ad Pamphiliam & Ciliciam.*

De quo vos paulo ante) *Intelligit funeſtiſ: conflictum, in quo*

Lega-

Legatus L. Luculli fuſus eſt, de quo ſupra dixit: Sinite Quirites, hoc loco, ſicut Poëtæ ſolent, præterire me noſtram calamitatem, &c.

Eius temporis) *Eo ipſo tempore. Nam Cicero ſic libenter loquitur.*

Cn. Pompeium) *Qui prohibuit hoſtem, ne Aſiam occuparet, & fuit quaſi murus Romanorum, velut Hector Troianorum, arcens omnia impendentia mala &c.*

Huius aduentus, & Mithridatem inſolita *(magna)* inflammatū victoria continuit, & Tigranem, magnis copijs minitantem Aſiæ, retardauit.

Q. d. Pompeius ſua autoritate effecit, vt conſeruaretis Aſiam.

Et quiſq; dubitabit, quid virtute profecturus ſit, qui tantū autoritate profecerit? Aut quam facilè imperio, atq; exercitu ſocios, & vectigalia conſeruaturus ſit, qui ipſo nomine ac timore defenderit?

Argumentum à minori ad maius, q. d. Si Pompeius abſens plurimum effecit autoritate, multò plus efficiet præſens fortitudine & factis, Æſchines, cum in concione repeteret Orationem Demoſthenis, & animaduerteret populum ſtupore quodam Demoſthenis eloquentiam admirari, exclamans dixit: Quid ſi audiretis ipſam beſtiam ſua verba reſonantem. Idem hic Cicero de Pompeio dicit, Quid ſi ipſe præſens adeſſet, & manus cum hoſte conſereret &c.

Age verò illa res quantã declarat eiuſdem hominis (*Pompeij*) apud hoſtes populi Rom. autoritatẽ: quòd ex locis tam longinquis, tam diuerſis, tam breui tempore, omnes (*Piratæ & prædones*) vnà huic ſe dediderunt.

Tertium exemplum ſeu ſignum, quo Minorem probat, Omnes Piratæ ſeſe Pompeio dediderunt. Habet igitur magnam autoritatem etiam apud hoſtes.

Quod Cretenſium Legati, cùm in eorum inſulam noſter Imperator (*Metellus*) exercitusq; eſſet, ad Cn. Pompeium in vltimas propè terras (*in Pamphiliam*) venerunt, eiq; ſe omnes Cretenſium ciuitates dedere velle dixerunt?

De bello Cretico vide Liuium, Eutropium l. 4. & 6. In hoc autem bello datus erat Põpeio Metellus tanquam συστρατηγός.

Quid idem ipſe Mithridates, nonne ad eundem Cn. Pompeium (*motus autoritate Pompeij*) Legatum vſque in Hiſpaniam miſit? eumq; Pompeius Legatum ſemper iudicauit?

Aliud iudicium hoſtium de Põpeio, quod etiam eius autoritatem arguit.

Vſq; in Hiſpaniam] *Cum Quæſtor aduerſus Sertorium pro Conſule miſſus eſt.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Legatum ſemper iudicauit] *Id eſt, Hunc legatum Pompeius ſemper oratorem Mithridatis eſſe ſtatuit, & non exploratorem. De Legatis & eorum officijs ſuperius dictum eſt. Sacroſanctiſsimum honoratiſsimumq́ apud omnes gentes Legatorum nomen erat. Cicero in Verrinis: Etenim, inquit, nomen Legati eiuſmodi eſſe decet, vt non modo inter ſociorum iura, ſed etiam inter hoſtium tela incolume ſeruaretur.*

Apud Romanos ſi quando Legati incogniti veniebant, primo ad quid venirent ab exploratoribus requirebatur, deinde ad eos egrediebantur minores magiſtratus, & tunc demum extra vrbem poſtulata Senatus noſcebat, & ſi viſum eſſet, admittebantur, &c.

Ii, quibus ſemper erat moleſtum ad eũ potiſsimùm eſſe miſſum, Speculatorem, q̃ Legatum, iudicari maluerunt.

Videtur Metellum & alios, qui tunc bellum cum Sertorio gerebant, intelligere, quibus ex inuidia quadam moleſtum erat, quod hic Legatus ad ſe quoq; non erat miſſus. Nam verum eſt, quod Thucyd. ait: Inuidia neceſſariò eſt potentiæ comes. Et Heſiod.

Inuidet & cantor cantori, & egenus egeno.

Erat autem tunc Pompeius tantum Quæſtor, alij qui ad idem bellum miſsi fuerant, vt Q. Metellus, Perpenna, Conſulares erant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Poteſtis igitur iam conſtituere Quirites, hanc autoritatẽ multis poſtea rebus geſtis, magniſq; veſtris iudiciis amplificatam, quantum apud illos reges, *(Mithrid. et Tigranem)* quantum apud exteras nationes valituram eſſe exiſtimetis.

Concluſio huius membri, quo dixit, autoritatem ſingularem in Pompeio eſſe, ideoq; bellum ei committendum.

Sequitur quarta laus Pompeij à felicitate.

Meminimus Ciceronem ſuperius propoſuiſſe, ſe de ſcientia rei militaris, virtute, autoritate et felicitate Pompeij dicturum, Tria itaq; priora membra abſoluit ſplendida & luculenta oratione, iuxta præceptum Antonij apud Ciceronem in ſecundo de Oratore: Mea ratio in dicendo hæc eſſe ſolet, vt boni quod habet oratio, id amplectar, exornem, exaggerem, ibi commorer, ibi habitem, ibi hæream. Nunc verò ad poſtremum membrum tranſit, in quo de felicitate ſeu εὐτυχία *Pompeij aget, Sed conſultò & data opera, breuius hoc membrum tractat, quia fortuna non in noſtra, ſed deorum voluntate, vt Cicero hic inquit, ſita eſt. Sit autem hic ſyllogiſmus:*

Imperatoribus propter fortunam etiam imperia mandari & exercitus committi debent.

Pompeij

Pompeij eſt egregia felicitas ſeu fortuna.

Ergo Pompeio imperium & exercitum commendare debetis.

Minorem probat primùm commemoratione rerum antea feliciter geſtarum à Pompeio. Deinde commemoratione beneficiorum, quæ Dij immortales ad vnum Pompeium detulerunt. Sequitur textus huius quarti membri.

Reliquum eſt, vt de felicitate, quam præſtare de ſeipſo nemo poteſt, meminiſſe, & commemorare de altero poſſumus, (ſicut æquum eſt homini de poteſtate deorum) timidè & pauca dicamus.

Tranſitio, qua quid dicendum reſtat, oſtendit.

Felicitas hoc in loco eſt fortuna à Deo hominibus data, qua res feliciter aguntur, Non enim in noſtra, ſed in Dei poteſtate fortuna ſita eſt. Nam res magnæ benè geruntur fortuna quidem, ſed fortunante Deo. Hinc lib. 6. de bello Gallico: Multum tum in omnibus rebus, tum in re militari, fortuna poteſt. Idem: Multum fortuna in repentino hoſtium aduentu poteſt.

Quam præſtare de ſe ipſo nemo poteſt] *Nam, vt Seneca lib. 2. de Ira inquit: Fortuna non ſemper vna via, ne tota quidem incurrit, modò noſtras in nos manus aduocat, modò ſuis contenta viribus, inuenit pericula ſine autore,*

nullum tempus ei certum eſt. Vnde noti ſunt vulgares verſus:

Luſus fortunæ variatur imagine Lunæ,
Creſcit decreſcit, certo conſiſtere neſcit.

Fortuna, inquit Eraſmus, dicitur volubilis & Euripi inſtar reciproca, quod nunc huic fauere ſoleat, nunc illi.

Sicut æquum eſt] *Pulcherrima* γνώμη, *monens omnem felicitatem à ſolo Deo pendere, vt dicitur. Equus paratur ad pugnam, victoria verò datur à Deo. Et rectè Thucyd. Victoria non eſt ſita in multitudine militum, ſed in Deo, & in bono* Duce *&c. Hinc etiam veteres Fortunam Deam eſſe finxerunt, eiq́; eximia delubra erexerunt, vt Plutarchus teſtatur.*

Timide] *Propter futura, Quia fortuna vitrea eſt, quæ cum ſplendet frangitur. Eſtq́; vt Plinius ait, vaga, inconſtans, incerta, varia, indignorumq́; fautrix. Et Seneca: Ima permutat breuis hora ſummis. Quare Pythagoras homines cylindris ſimiles eſſe dixit, qui modò huc, modò illuc ferantur. Sic & Plautus: Dij nos quaſi pilas homines habent, quod nos in ſublimè nunc iaciant, nunc ex altiſſimo dignitatis gradu ad infimum præcipites dent, nec in vna ſede diutius conſiſtere permittant, ſed aut pilarum aut cylindrorum more, modò in hanc, modò in illam partem & proijciant & trahant:*

Pauca

Pauca] *Propter præterita, ne res feliciter geſtas, noſtris viribus aſſcribamus.*

Ego enim ſic exiſtimo, Maximo, Marcello, Scipioni, Mario, & cæteris magnis Imperatoribus, non ſolùm propter virtutem, ſed etiam propter fortunam, ſæpius imperia mandata, atq; exercitus eſſe commiſſos.

Maior propoſitio ſuperioris ſyllogiſmi, eiusq́ confirmatio.

Imperator) **Ein Oberſter Feldheubtman.**

Imperia) **Das gantze Kriegesregiment.**

Ego ſic exiſtimo] *A iudicio Ciceronis, cur veteres Romani ijſdem ſæpe honores & imperia detulerint, præter leges annales, quæ continebant tempus, quo quisq́ Conſul fieret, videlicet cum attigiſſet 45. annum. Nec licebat alicui rurſus committere magiſtratum, niſi decem anni interceſſiſſent.*

Maximo] *Intelligit Fabium Max. Cunctatorem, ſic dictum, quòd cunctando vires Annibalis attriuit, vnde Claudianus:*

Primus fulmineum lento luctamine pœnum
Compreſſit Fabius, campo poſt auſus aperto
Marcellus vinci docuit.

De Marcello, Scipione, Mario &c. ſuis in locis dictum eſt. Vide Plutarchum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Fuit enim profefecto quibuſdã ſummis viris quædam ad amplitudinem, & gloriam, & ad res magnas benè gerendas diuinitùs adiuncta fortuna.

Cauſa cur iiſdem ſæpius Rom. mandarint magiſtratus.

Ad res magnas benè gerendas) *Nam, vt Saluſtius inquit, profectò fortuna in omni re dominatur. Et Conſtantinus dicere ſolebat: Imperatorem eſſe fortunæ eſt. Curtius eximiam quoq; gloriam dicebat ſæpius fortunæ, quàm virtutis eſſe beneficium. Et noſter Cicero in oratione pro M. Marcello, Fortunam humanarum rerum dominam appellat. Idem in Paradoxis ait, Omnem ſpem, rationem & cogitationem à fortuna pendere.*

Athenienſis hoſpes apud Platonem de Legibus ait: Deum quidem omnia, & fortunam oportunitatemq; ſimul cum Deo, cuncta humana gubernare, &c.

De huius autem hominis (*Pompeij*) felicitate, quo de nunc agimus, hac vtar moderatione dicendi non vt in illius poteſtate fortunam poſitam eſſe dicam, Sed vt præterita meminiſſe, reliqua

Minor propoſitio ſuperioris ſyllogiſmi: Pompeij eſt egregia fortuna

Lyſander apud Xenophontem in œconomico, rectè inquit, te Cyre, beatum ferunt, quoniam virtuti tuæ fortuna coniuncta eſt. Sic Calli-

qua Calli-

qua ſperare videamur, ne aut inuiſa dijs immortalibus oratio noſtra, aut ingrata eſſe videatur.

Callimachus precatur: διδόυ δ᾽ ἀρετὴν τὲ, καὶ ὄλβον. Ingens enim ornamentum eſt virtutis florens fortuna.

Præterita) *Iucunda eſt enim rerum præteritarum recordatio, Speramus autem ſemper futura bona. Sententia autem Ciceronis hæc eſt: Pompeius antehac vſus eſt in rebus gerendis magna fortuna, ſpes igitur eſt, eum ſimili felicitate contra Mithridatem pugnaturum.*

Inuiſa) *Propter futura & inſequentia, videlicet ſi dicerem in eius poteſtate poſitam eſſe fortunam.*

Ingrata) *Propter res proſperè geſtas, ſi eas virtuti & induſtriæ Pompeij aſſcriberem. Huius rei inſigne exemplum habes in Timotheo, Cononis filio, qui cum multas vrbes Imperio Atheni enſi ſubdidiſſet, eius inuidi præclara illius geſta fortunæ aſſcribentes, in tabulis dormientem illum, fortunamq́; vrbibus retia tendentem depinxerunt. Ille verò his rebus irritatus, quaſi gloria rerum geſtarum priuaretur, ab expectatione victor rediens: Viri, ait, Athenienſes, rerum bellicarum à me geſtarum nullam ſibi poteſt fortuna partem vendicare.*

Ego hæc feci & non fortuna. Itaq; iratam dicunt in illum fortunam eſſe redditam, ita vt dein-

deinceps nullum facinus egregium geſſerit, ſed aduerſis ſemper auſpicijs pugnaſſe, ac demum populo inuiſum, è patria exulem factum. Et eundem Timotheum inuidis ſuis dixiſſe aiunt: Si vrbes dormiens capio, quid me facturum putatis, ſi vigilauero?

Huius quoq; doctrinæ inſigne exemplum in Aiace habes, Cùm enim Pater Telamon filium Aiacem profecturum ad Troiam hortatus eſſet, vt adiutore Deo res magnas gereret, Aiax ſuperbè reſpondit, Ignauis & timidis opus eſſe auxilio Dei, ſe verò ſine ope diuina vincere poſſe.

Ignaui timidiq; Deo duce prælia tentent,
Attamen inuitis Dijs ego victor ero.
Non opus auxilio diuûm mihi, me mea virtus
Efferet, inq; manu vis ſita tota mea eſt.

Plena eſt omnis vita talium ſermonum, qui non obſcurè declarant, impios fauore fortunæ ita efferri.

Vt genus humanum tumefactis vocibus auſint
Spernere, & arbitrij vota patrare ſui.

Verum in conſpectu ſint grauiſſimi verſus Mantuani quos ſuperiori lectione veſtræ memoriæ commendaui.

Fidite virtuti, fortuna fugacior vndis
Non manet, & certā neſcit habere domum.
Gaudia dum ſimulat, ſubuertere cogitat orbem
Inſidias ridens exitiumq; parat.

Idem in Trophæis.

Fortunam ſuperat virtus, prudentia factum,
Curat honeſtatem iuſticiamq́ Deus.

Et Græci dicunt: ῥανὶς φρενῶν μοὶ μᾶλλον, ἢ βυθὸς τύχης, *id eſt, Pluris mihi eſt ſapientiæ gutta, quàm fortunæ Pelagus.*

Diſcite quos ſurſum voluit rota ponere faſtus,
Trudet ab excelſo nos mora parua loco.

Huc refer inſignem locum Euripidis, qui extat in Supplicibus.

——ἐγὼ γὰρ δαίμονος τοὐμοῦ μετὰ
στρατηλατήσω κλεινὸς ἐν κλεινῷ δορί.
ἓν δεῖ μόνον μοι, τοὺς θεοὺς ἔχειν ὅσοι
δίκην σέβοντι. ταῦτα γὰρ ξυνόνθ' ὁμοῦ
νίκην δίδωσιν, ἡ ἀρετὴ δ' οὐδὲν φέρει
βροτοῖσιν, εἰ μὴ τὸν θεὸν χρήζοντ' ἔχει.

Meo fauente genio
Dux inclytus fuero Marte inclyto,
Vna tantum re opus, Deos vt habeam propitios
Quicunq́ iuſticiam colunt. Hæc .n. ſi cõuenerint,
Victoriam adferunt, virtus enim prodeſt nihil
Mortalibus, niſi numinis aſpiret fauor.

Itaq; non ſum prædicaturus, Quirites, quantas ille res domi, militiæq;, terra mariq; quantaq; felicitate geſſerit, vt eius ſemper vo-

Probatio Minoris, in qua primum eſt commemoratio rerum antea feliciter geſtarum à Pompeio, deinde commemoratio beneficiorum,

voluntatibus, nõ modò ciues aſſenſerint, Socij obtemperarint, hoſtes obedierint, ſed etiam venti tempeſtatesq; obſecundarint.

rum, quæ dij immortales in unum Pompeium cumulatiſs. contulerunt.

Summa felicitas Põpeij, cui	*Ciues aſſenſerint* *Socij obtemperarint* *Hoſtes obedierint* *Venti et tempeſtates obſecundarint.*	*Salom: Vt oculus videat, & auris audiat, Deus facit vtrunq;.*

Hoc breuiſsimè dicam, neminem vnq; tam impudentẽ fuiſſe, qui à dijs immortalib9 tor, & tantas res tacitus auderet optare, quot & quantas dij immortales ad Cn. Pompeium detulerunt.

Commemoratio beneficiorum, quæ dij in Pompeium contulerunt.

Officium iuſticiæ eſt, fateri nos dona à Deo accepiſſe.

Quod vt illi proprium ac perpetuum ſit, Quirites, cum communis ſalutis, atq; imperij, tũ ipſius hominis cauſa (ſicut facitis) velle & optare debetis.

Concluſio à voto ſumpta, quo petit, vt Pompeius his tantis donis ad communem ſalutem perpetuò fruatur.

Illi proprium] *Si ad cæteros Imperatores conferatur.*

Ac perpetuum] *Propter inſequentia tempora*

pora & futuras difficultates, in quibus Pompeij vſus eſſe poteſt.

Communis] *Locus communis, admonens viri boni eſſe, communis ſalutis itq; imperij cauſa omnia velle & optare, vt et Cicero in Oratione pro Rabirio inquit: Eſt boni magiſtratus, cum auxilia Reip. labefactari conuelliq; videat, ferre opem patriæ, ſuccurrere ſaluti, fortuniſq; communibus ſuam ſalutem poſteriorem ſaluti communi ducere, intercludere omnes ſeditionum vias &c. Vide lib. 1. Off.*

Audiuimus his lectionibus inſignem Pompeij commendationem, Eſtq; hiſtoria Pompeij conſideratione digniſsima, Nam continet viuam rerum humanarum imaginem, quæ ad muſcæ volatum mutantur, & ſunt lubricæ ac inconſtantes. Cùm enim hic tantus vir in pugna Pharſalica à Cæſare victus, ad Ptolemæi Auletæ filium ſupplex confugiſſet, cuius patrem expulſum regno & exulantem ipſe Senatui commendauerat, ac reſtitui in regnum effecerat, ad Peluſium oppidum Ægypti, quod abeſt ab vrbe Hieroſolyma paulò ſupra triginta miliaria Germanica, egrediens ex nauicula ferè ſexagenarius, in conſpectu Corneliæ coniugis, iuſſu Regis Ptolemæi, à ſeruo occiditur, &, vt Virg. de hoc ipſo cecimiſſe creditur:

—— Iacet ingens littore truncus
Auulſumq; humeris caput & ſine nomine corpus.

Q mi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

O miſerabilem exitum tanti viri, qui ſemper in ore habuerat verſum Homericum:

Ἄιεν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

Tu ſolus Dominus ſemper nulliq́ue ſecundus.

Qui ſupploſione vnius pedis totam Italiam armatis exercitibus complere potuerat, qui glorioſos Triumphos de toto orbe terrarum egerat. Sed videtur diuinitus ita factum eſſe, vt & pœnas ſuperbiæ daret, & quaſi in conſpectu eius templi extingueretur, quod ipſe cum ſanguine, cum temerario auſu profanauerat. Quod igitur Aſſyrij regis ſtatua viatoribus ſubijcit, id merito ac iure tumulo Pompeij inſcribi poterat:

ἐς ἐμὲ ὁρῶν, εὐσεβὴς ἔσω.

In me verte oculos, in me tua pectora verte,
Et ſanctè ſummum diſce timere Deum.

Nulla eſt tanta potentia tam florens gloria & opibus, quam non facilè poſsit Deus euertere, qui mutilat omnia ſublimia, nec ſinit quenquam ſupra ſe ſapere.

Et de fine Pompeij Magni, ſic Ouidius lib. 4. de Ponto:

Quid fuerat Magno maius? tamen ille rogauit
Submiſſa fugiens voce clientis opem,
Cuiq́ue viro totus terrarum paruit orbis,
Indigus effectus omnibus ipſe magis.

Item Iuuenalis Satyr. 10.

Prouida Pompeio dederat Campania febres

Optandas, ſed multæ vrbes, & publica vota,
Vicerunt, Igitur fortuna ipſius & vrbis
Seruatum victo caput abſtulit.

Hæc ideò recitare volui, vt iuniores varias fortunæ vices & rerum humanarum inconſtantiam ac fragilitatem conſiderent, de qua Cicero lib. 3. de Orat. exclamans inquit: O fallacem hominum ſpem, fragilemq́ fortunam, & inanes noſtras contentiones, quæ in medio ſpacio ſæpè franguntur & corruunt, & antè in ipſo curſu obruuntur, quàm portum conſpicere potuerunt. Et Cicero lib. 7. ad Atticum Epiſt. 136. Cneus autem noſter (ô rem miſeram & incredibilem) vt totus iacet, non animus eſt, non conſilium, non copiæ, non diligentia, Mittam illa, fugam ab vrbe turpiſsimam, timidiſsimas in oppidis conciones, ignorationem non ſolum aduerſarij, ſed etiam ſuarum copiarum. Idem 1. Tuſc. Pompeius cum ſocero bellum geſsit, imparatus arma ſumpſit, domum reliquit, ex Italia fugit, exercitu amiſſo, nudus in ſeruorum ferrū & manus incidit. Et lib. 9. Epiſt. Animaduertis Cn. Pompeium nec nominis ſui, nec rerum geſtarum gloria, nec etiam regum ac nationum clientelis, quas oſtentare crebrò ſolebat, eſſe tutum.

GENERALIS CONCLVSIO
tripartitæ confirmationis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Sequitur concluſio generalis non orationis, ſed trium membrorum, quæ in propoſitione Cicero recitauit, quibus primo de genere belli, ſecundo de magnitudine, tertio de Imperatore eligendo in confirmatione hactenus dixit. Habetis autem hîc exemplum & formam boni Epilogi, pleniſſimè enim repetit omnia, de quibus in confirmatione anteà dixit, & Pompeium aduerſus Mithridatem & Tigranem mittendum eſſe concludit.

Concluſio plena omnium rerum propoſitarum.

Quare, 1. cùm & bellum ita neceſſariū ſit, vt negligi non poſsit, 2. Ita magnum, vt accuratiſsimè ſit adminiſtrandum. 3. Et cum ei Imperatorem præficere poſsitis, in quo ſit

Eximia belli ſcientia,
Singularis virtus,
Clariſsima autoritas,
Egregia fortuna.

dubitabitis, Quirites, quin hoc tantum boni, quod à Dijs immortalibus oblatum & datum eſt, in Rempub. conſeruandam, atq; amplificandam conferatis?

A Dijs] *Deus excitat ſalutares gubernatores.*

Non domus vlla ſibi, non vrbs creat ipſa patronos,
Felices ciues datq; facitq; Deus.

Et

Et Mantuanus lib. 6. Syl.

Nil optare poteſt vnquam Reſpub. peius
Rege malo, Nil Rege bono præſtantius, omnis
Diſsipat omne bonum ſine lege licentia regum,
Vt Boreas frondes, glacialis vt horrea grando,
Libertas eſt ſumma bonis ſub principe iuſto:
Felices igitur populi, quos viuere diui
Concedunt ſub rege pio &c.

Quod ſi Romæ Cn. Pompeius priuatus eſſet hoc tempore, tamē ad tantum bellum is erat deligendus, atq; mittendus, nunc cum ad cæteras ſummas vtilitates hæc quoq; opportunitas adiūgatur, vt in his ipſis locis adſit, vt habeat exercitū, vt ab ijs qui habent, accipere ſtatim poſsit: quid expectamus, aut cur non ducibus Dijs immortalibus, eidem cui cætera ſumma cū ſalute Reip. commiſſa ſunt, hoc quoq; bellū Regium cōmittimus?

Quod ſi] *Epilogo expolitionem annectit more Rhetorū, in qua ratiocinatur à Minori ad Maius in hunc modum. Si Pompeius hoc tempore priuatus eſſet, & non gereret magiſtratum, ſicut nunc in Aſia, tamen ad tantum bellum erat deligendus. Multò magis igitur mittendus eſt, cum in Aſia ſit, & cum exercitum in promptu habeat.*

Vt in his locis] *In prædonum bello.*

Vt habeat exercitum] *Appianus in*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Mithridatico ſic ſcribit: His ita celeriter et præter omnem opinionem confectis, Romani Pompeium, qui tum adhuc erat proximè Ciliciam, maiorem in modum efferentes, elegerunt ducem belli Mithridatici, cum eodem ſummo imperio ac poteſtate: vt quacunque ratione vellet & paciſceretur, & bellum gereret, & amicos aut hoſtes Romanis, quos illi videretur, faceret, exercitusque omnis qui extra Italiam eſſet, imperium ei dederũt, quæ nemini adhuc omnino antea ſimul omnia data fuerunt, καὶ ἴσως αὐτὸν καὶ διὰ τάδε μέγαν στρατηγὸν ὀνομάζουσιν, *& fortaſſe eum etiam ob eam cauſam Magnum Imperatorem appellant.*

Magnam commoditatem habet, vt bellum Mithrid. Pompeio committatur, Quia

1. *Eſt in illis locis, in quibus bellum gerendum eſt, videlicet in Aſia, contra Mithridat.*
2. *Habet exercitum, omnibus rebus bellicis inſtructum.*
3. *Poteſt exercitum, ſi opus ſit, ab ijs accipere qui habẽt, videlicet à Glabrione & alijs, quos Lucullus reliquit in Aſia.*

QVINTA ORATIONIS pars, videlicet Confutatio.

Abſoluimus Confirmationem et eius membra, quibus Cicero confirmauit legem Manilij, de bello Mithridatico gerendo, & de Cn. Pompeio ad id Imperatore ſummo conſtituendo. Nunc deinceps

in confutatione contrarijs ſententijs duorum clariſſ: virorum & excellentium Oratorum, videlicet Q. Hortenſij et Q. Catuli reſpondet, hi enim ſoli ex ſenatoribus huic Legi repugnabant, eamq́ ſummis eloquentiæ viribus diſſuadebant.

Habet autem hæc confutatio tres partes.

I. Proœmium.

II. Reprehenſionem ſeu refutationem contrariorum argumentorum.

III. Concluſionem.

Prima pars Refutationis.

At enim vir clariſſimus Reipub. & veſtris beneficijs ampliſſimis affectus, Q. Catulus, itemq́ ſummis ornamentis, honoris, fortunæ, virtutis, ingenij præditus Q. Hortenſius, ab hac ratione (*qua Pompeio bellum mandatis*) diſſentiunt.

I.

Veluti templa & delubra ſua habent veſtibula & ingreſſus, ita ſingulæ orationis partes ſuos habent ingreſſus, veſtibula & exordia, quibus auditores ad ſubſequentia membra præparantur. Sequitur autem hîc Cicero præceptum Rhetoricum, quod monet, ne in confutationibus aduerſariorum iurgijs, calumnijs & criminationib. certemus, ſed potius aduerſarios noſtros eleganter laudemus, & eorum ornamenta & honores prædicemus. Cicero duos ſuæ ſententiæ habet aduer-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

ſarios, Q. Catulum & Q. Hortenſium. Primo Catulum laudat à virtute, gloria & eloquentia, propter quæ ampliſsimis beneficijs, id eſt, autoritate & honoribus ſit ornatus, vt ſunt Quæſtura, Prætura, Conſulatus. Eſtq́ hic ille Catulus, quem Cicero in Oratore diſputantem introducit. Secundo laudes Q. Hortenſij commemorat, quas ſumit à virtutibus externis et internis: Hortenſius præditus eſt ſummis ornamentis, Honoris, Fortunæ, Virtutis & Ingenij.

Quorum ego autoritatem apud vos multis locis plurimùm valuiſſe & valere oportere confiteor.

Sed in hac cauſa, tametſi cognoſcitis autoritates cōtrarias fortiſsimorum virorum & clariſsimorum, tamen omiſsis autoritatibus, ipſa re, & ratione exquirere poſſumus veritatem.

Correctio: q. d. Sed non debent ſua autoritate, quam apud vos habent, abuti.

Cic. lib. 1. de Nat: Deor. Non tam autoritatis in diſputando, quàm rationum monumenta quærenda ſunt.

Id eſt, Non autoritatib. clariſsimorum virorum, ſed veris argumentis poſſum meam cauſam probare. Nam vbi rerum teſtimonia adſunt, non opus eſt verbis.

Atq; hoc facilius, quod ea omnia, quæ adhuc à me dicta ſunt,

Id eſt, Ipſi aduerſarij, ea quæ dixi, vera eſſe concedunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

ij̃dem iſti (*Catulus & Hortenſius*) vera eſſe concedunt, & neceſſarium bellum eſſe, & magnum, & in vno Cn. Pompeio ſumma eſſe omnia.

Prima refutatio Q. Hortenſij.

In prouerbio rectè dicitur: Ne Hercules quidem contra duos, vt igitur commodius & rectius reſpondeat Cicero obiectioni Hortensij & Catuli, diſtinguit & ſeparat aduerſarios. Hortensij autem ſententia eſt, Ne vni omnia committantur. Iniquum enim eſſe cum vni, & non etiam alijs honores deferuntur. Huic Cicero per inſtantiam reſpondet, Imò Pompeio omnia commiſſa ſunt in bello Piratico, te & alijs refragantibus, eaq́; ad ipſum delata ſunt magno cum Reipub. bono, Nihil igitur hac tua ſententia ô Hortenſi efficere poteris.

Hortenſij obiectio.

Iniuſtum eſt, ad vnum omnia deferre.
Ergo, Neq; Pompeio ſumma Mithridatici belli committenda eſt.

Reſponſio ſeu ſolutio Ciceronis.

Reſpondeo per inſtantiam, Imò hæc tua obiectio magis contrarijs populi Romani decretis, quàm argumentis aduerſariorum confutata eſt.

Quid igitur ait Hortenſius? Si vni omnia tribuenda ſunt, vnum digniſsimũ eſſe Pompeium, ſed ad vnum tamen omnia deferri non oportere.

Sententia ſeu obiectio Hortenſij.

Honores in Repub. debent eſſe communes, & non in vnum ſunt conferendi.

Ergo neq; Pompeio hoc bellum Mithridaticum eſſe committendum, tanquam non ſint plures in Repub. quibus hoc bellum committi poßit. Vide Plutarchum, quomodo Manilius omnia in vnum Pompeium contulerit.

Obſoleuit iam iſta oratio, re multò magis quàm verbis refutata. Nam tu idem Quinte Hortenſi, multa pro tua ſumma copia ac ſingulari facultate dicendi, & in ſenatu contra virum fortem A. Gabinium grauiter ornateq; dixiſti: cùm is (*Gabinius*) de vno Imperatore (*Pompeio*) cõtra prædones conſtituendo legem promulgaſſet: & ex hoc ipſo loco

Reſponſio Ciceronis.

Singulari facultate] *Cicero in poſtrema pagella lib. 3. de Orat. Me quidem iſtius ſermonis participem factum eſſe gaudeo, ac vellem vt meus Gener ſodalis tuus Hortenſius affuiſſet, quem quidem ego confido omnibus iſtis laudibus, quas tu oratione complexus es, excellentem fore.*

A. Gabinium] *Gabinius legem promulgauit,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

loco (*pro Roſtris*) permulta idem contra legem verba feciſti.

uit, vt Pompeio bellū Piraticū cōmitteretur. Vide Dionem & Plut.

Contra legem] *Scilicet, qua bellum Piraticum demandatum eſt Pompeio, & te repugnante vtiliter vnus Pompeius aduerſus Piratas miſſus eſt.*

Quid? tum, per deos immortales, ſi plus apud populum Romanum, autoritas tua, quàm ipſius populi Romani ſalus, & vera cauſa valuiſſet, hodie hanc gloriam, atq; hoc orbis terræ Imperiū teneremus?

Q. d. Minimè, Nam ſi ſecundum tuam ſententiam Lex Gabinia lata non fuiſſet, iam nō teneremus hoc pulcherrimum orbis terræ imperium. Si ergo tum autoritas tua minus valuit in cauſa communi, quàm ſalus Reipub. neq; iam valere debet, & ſi tum ad Pompeium omnia delata ſunt, ſumma cum ſalute Repub. etiam nunc deferre omnia ad eundem oportet.

Hoc orbis terræ Imperium] *Conſiderent iuniores, quis fuerit ſtatus, & quæ pulchritudo Romani Imperij tempore Ciceronis, eamq; comparent cum præſentium temporum ſtatu, deformitate & ſqualore: Cicero in 4. Catil. Videor mihi hanc vrbem videre lucem orbis terrarum, atq; arcem omnium gentium, ſubitò vno incendio concidentem.*

De Roma in Sibyllinis carminibus dictum eſt.
ῥώμη μοῦ ῥύμη ἔσεται, καὶ δῆλος ἄδηλος.
Aſſcribam quoq; venuſtum epigramma, de ruinis Romæ :

Quid Romam in media quæris nouus aduena Ro-
Et Romæ in Roma nil reperis media: (ma,
Aſpice murorum moles, præruptaq; ſaxa,
Obrutaq; ingenti vaſta theatra ſitu,
Hæc ſunt Roma. Viden' velut ipſa cadauera tā-
Vrbis adhuc ſpirent imperioſa minas? (ta
Vicit vt hæc mundū, nixa eſt ſe vincere, vicit.
A ſe non victum ne quid in orbe foret.
Nunc Roma inuicta Roma illa inuicta ſepulta
Et victrix eadem victaq; Roma fuit, (eſt,
Albula Romani reſtat nunc nominis index,
Et rapidis atrum fertur in æquor aquis.
Diſce hinc, quid poßit Fortuna: Immota laba-
Et quæ perpetuò ſunt agitata, manent. (ſcūt

An tibi tum imperium eſſe hoc videbatur? cùm populi Romani Legati, Prætores, Quæſtoresq; capiebantur? cùm ex omnibus prouincijs commeatu, & priuato & publico prohibebamur? cùm ita clauſa nobis erant

Confirmat ſuam refutationem, & oſtendit euentum legis Gabinianæ fuiſſe ſalutarem, quam ſi Hortenſius impediuiſſet tūc temporis, multa pericula in Rempub. Romanam exundaſſent.

Vrget autem ad-

omnia

uerſaris

omnia maria, vt neq; priuatam rem maritimam, neq; publicam iam obire poſſemus?

uerſarium multis interrogationibus, vt eius confeſſionem extorqueat, videsq; hic vſum Interrogationis, de qua in ſecundo libro Rhetorices dictum eſt. Seruiunt enim Interrogationes, Adſeuerationi, Miſerationi, Indignationi, Admirationi, Dubitationi, plurimumq; valent, in inſtando & vrgendo, vt hoc loco, & in Exordio impræ. Orat in Cati.

Priuatam rem] *Id eſt, Mercatores nauigare non poterant.*

Quæ ciuitas antea vnquam fuit? non dico Athenienſiũ, quæ ſatis latè quondã mare tenuiſſe dicitur: non Carthaginẽſium: qui permultum claſſe, maritimisq; rebus valuerunt. Non Rhodiorum: quorum vſq; ad noſtram memoriam diſciplina naualis, & gloria remanſit.

Hæc omnia Cicero commemorat, vt oſtendat, quantum vtilitatis & dignitatis Lex Gabiniana pepererit. Et quantũ Pompeius, ea lege Imperator factus, lucem atq; gloriam vniuerſo Imperio populi Romani ſua virtute attulerit. Vnde Quirites facilè conijcere poſſunt, quid & vtilitatis & dignitatis Reipub. ſperandum ſit, ſi Pompeius bello Aſiatico ſeu Mithridatico præficiatur.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Quæ ſatis latè] *Quam latè, docet Dionyſius Hal. lib. Antiquit: primo his verbis: Athenienſes ipſius tantum oræ maritimæ dominatum annos duodeſeptuaginta tenuerunt, ac ne illius quidem totius, ſed intra Euxinum Pontum et Pamphilium pelagus, quo tempore maximè maritimis viribus pollerent.*

Non Carthaginenſium] *De Carthaginenſibus Appianus in Lybico ſic ſcribit: Cumq́ iam magnam potentiam adepti eſſent, Lybiam ſubiugarunt, mariſq́ magnam partem, & longinqua bella gerebant in Sicilia, Sardinia, alijsq́ inſulis, quæ ſunt in illo mari, etiam in Hiſpania, multaq́ in loca colonias mittebant &c.*

Non Rhodiorum] *De Rhodijs Strabo lib. 6. Mirifica iuris legumq́ conſtitutio, & cura tum de alijs quibusq́ Reipub. partibus, tum de rebus maritimis, ex quo factum eſt, vt diu maris imperium tenuerit & Piratas profligarit.*

Quæ ciuitas vnq; antea tam tenuis, tam parua Inſula fuit, quæ non portus ſuos & agros, & aliquam partem regionis, atq; oræ maritimæ, per ſe ipſa defenderet?

Quæ] *Amplificatio incommodorum belli Piratici, qua reprehendit aduerſarios, diſſuadentes legem Gabinij &c.*

At Hercule aliquot annos continuos, ante legem

Primò pergit recitare calamitates superiorum

legem Gabiniam, ille populus Romanus, cuius uſq; ad noſtram memoriam nomen inuictum in naualibus pugnis permanſerat, magna ac multo maxima parte, non modò vtilitatis, ſed dignitatis, atq; imperij caruit.

riorum temporum, ante latam Legem Gabinij.

Vtilitatis] *Piratæ enim in mari impedimento erant, quo minus frumenta ex alijs prouincijs Romam deportarentur, & vectigalia intercipiebāt.*

Dignitatis] *Turpe enim erat pop. Rom. quod neq; à ſocijs, neq; à ſe Piratarū violentiam arcere poterant, quodq; ipſis XII. ſecures eripuerant, captis Legatis, Quæſtorib. & Prætoribus.*

Nos, quorum maiores Antiochum regem (*Syriæ*) claſſe, Perſénq; (*ultimum regem Macedoniæ, ſuperatū à Paulo Æmilio, et in Triumpho ductū*) ſuperarūt, omnibusq; naualib. pugnis Carthaginēſes, homines in maritimis reb. exercitatiſsimos paratiſsimosq; uicerūt, ij nullo in loco iam prædonib. pares eſſe poteramus.

Vide Florum lib. 2. cap. 8. Iuſtinum lib. 33. & Plutar. in vita Æmilij, & Liuium lib. 36. & 37.

II.

Pergit ſecundo Cicero oſtendere calamitates, quæ in Romana politia fuerunt ante legem Gabinianam, qua Pompeio bellum Piraticum commiſſum eſt.

Eſt autem ſententia

Cicero-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Ciceronis: *Maiores noſtri ſuperarunt claſſe Antiochum et Perſen Reges, itemq́ Carthaginenſes, non Piratas non modò non vincere, ſed ne pares ipſis ante legem Gabinij eſſe poteramus.*

Nos quoqꝫ, qui antea (*ante bellum Piraticum*) non modò Italiã tutã habebamus, ſed oẽs ſocios in vltimis oris autoritate noſtri imperij, ſaluos præſtare poteramus, tum, cũ inſula Delos (*auulſa à Sicilia*) tam procul à nobis in Aegypto mari repoſita (quò oẽs vndiqꝫ cum mercibus atqꝫ onerib. commeabant) referta diuitijs, parua, ſine muro, nihil timebat, ijdem non modò prouincijs, atqꝫ oris Italiæ maritimis, ac portubus noſtris, ſed etiam Appia via carebamus.

III.

Tertio iam oſtendit, res Rom. ante legẽ Gabiniam in tanto periculo fuiſſe, vt vix ante urbem Rom. tuti ab incurſione Piratarũ eſſe potuerint, qui tamen ante bellum Piraticum procul ſitas et longè remotas prouincias, & hoſtibus et prædonibus expoſitas, ſua autoritate tutas & ſaluas præſtiterint.

Delos] *Strabo lib.* 10. *Georg. ſcribit Deli portus ſummam eſſe oportunitatem, ſitam enim eſſe percommodè in Aſiam ex Italia & Græcia nauigantibus.* Delos *inſula eſt in mari Ægæo cycladum omnium nobiliſſima. Vide Plinium lib.* 4. *Nat. hiſtoriæ.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Via Appia] *A porta Capena incipit via Appia, vſq; ad vrbem Capuam, quæ ab Appio Claudio Cenſ. denominationem accepit, Ea erat latitudine, vt plauſtra duo ex aduerſo inuicem occurrentia, liberè exciperet. De hac Liuius ita mentionem facit: Memoriæ felicitatis nomen Appij, & viam muniuit, & Appiam aquam deduxit. Et Cicero pro Milone his verbis: Hoc enim ſæpè ab iſtis dicitur, perinde quaſi Appius ille Cæcus viam munierit, non qua populus vteretur, ſed vbi impunè ſui poſteri latrocinarētur. Hanc viam omnium aliarum reginam eſſe dicit Statius &c. Vide Strabonem lib. 5.*

Et his temporib. non pudebat magiſtratus populi Rom. in hunc ipſum locū aſcendere, cùm eum vobis maiores veſtri exuuijs nauticis, & claſsium ſpolijs ornatum reliquiſſent.

Reprehenſio aduerſariorum.

In hunc ipſum locum] *Forum Romanū, quod & Latinum appellabatur, intelligit, in quo Romani magiſtratus, finito honoris tempore, imperij inſignia deponebant, ſpolia, item ac Trophæa, fractarum nauium roſtra & huiuſmodi alia affigebantur. De Roſtris, ex quibus orationes habebantur, lege Liuium lib. 8. & 38. Item Plinium lib. 14.*

Bono te animo, Q. Hortenſi pop. Rom. & cæ.

Cicero ingenioſiſſimē mitigat ea, quæ ātea acerbius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

& cæteros, qui erant in eadem ſententia, dicere exiſtimauit ea, quæ ſentiebatis, ſed tamen in ſalute communi, idem populus Romanus dolori ſuo maluit, quàm autoritati veſtræ obtemperare.

cerbius in aduerſarios dixit, Frangitur ira grauis cum eſt oratio ſuauis.

Dolori] *Scilicet quem ex iniuria concepit, de quo ſupra.*

In ſalute communi] *Tempore neceſſitatis enim vſitata conſuetudo nonnihil mutari ſolet, Demoſth. de Coron. In publicis officijs priuata perſona deponenda eſt, & ſumenda publica. Vide Valerium Max: de Neceſſitate.*

Itaq; vna lex, vnus vir, vnus annus, non modò nos illa miſeria, ac turpitudine liberauit, ſed etiam effecit, vt aliquando verè videremur omnibus gentibus, ac nationib. terra mariq; imperare.

Concludit refutationem obiectionis Hortenſianæ.

Itaq;) *Quia populus Romanus non veſtram autoritatem, ſed ſalutem communem ſecutus eſt.*

Vnus annus) *Quo Pompeius bellum Piraticum confecit.*

Illa miſeria) *Quam vobis Piratæ inferebant.*

Terra mariq; imperare) *Piratis ſcilicet à Pompeio è mari eiectis.*

Appendix ſuperioris refutationis.

Quo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Quo mihi etiam indignius videtur obtrectatum eſſe adhuc, Gabinio dicam, annè Pompeio? an vtriq;? id quod eſt verius, ne legaretur Au: Gabinius Cn. Pompeio expetenti, ac poſtulanti?

Poſtquam Cicero in ſuperiori refutatione oſtenderit quantum bonū ex lege Gabiniana, qua bellum Piraticum Pompeio demandatum eſt, promanauerit, ita vt Rom. videantur omnibus gentibus ac nationib. terra mariq; imperare, indignatione quadam accenditur, quod Pompeio petenti Gabinium pro Legato, aliqui aduerſentur. Hanc itaq; appendicem, quæ ſequitur, annectit, qua diſceptatur, vtrum Aulus Gabinius Cn. Pompeio Legatus adiungendus fuerit, & adhuc adiungendus ſit, nec ne. Eſt autem huius appendicis hæc ſimpliciſs. ſententia: Cum cæteri Imperatores ſæpe ad expilandos ſocios, diripiendasq; prouincias ſecum, quos voluerint, Legatos, eduxerint, decet ſanè vt Pompeius, vir egregie de Repub. meritus, eum, quem poſtulat Legatum, ad hoc bellum ſecum educat, nec is Legatus, cuius lege ſalus ac dignitas pop. Rom: atq; omnibus gentibus conſtituta eſt, expers eſſe debet gloriæ eius Imperatoris atq; exercitus, qui conſilio ipſius atq; periculo eſt ordinatus.

An ne Pompeio] *Propoſitio huius Appendicis, An Pompeio adiungendus ſit Gabinius tan-*

quam Legatus & vicarius. Aliqui enim Pompeio Gabinium concedere nolebant.

Vtrum ille (*Pompeius*) qui poſtulat Legatum (*Gabinium*) ad tantum bellum, quem velit, idoneus non eſt, qui impetret? cum cæteri ad expilandos ſocios, diripiẽdasq; prouincias, quos voluerunt, Legatos eduxerint?

Primo probat, Pompeio adiungendum eſſe Legatum, quem poſtulauerit. Eſtq; argumentum ſumptum à Minori ad Maius, ſitq; tale enthymema:

Si legati conceduntur ijs Imperatoribus, qui defenſionem ſubditorũ parũ adiuuant, minusq; Reipub. proſunt, Multò igitur magis bonis Imperatoribus, qui educunt exercitum ad defenſionem ſociorum, Legati concedendi ſunt.

Vtrum ille] *Conſequens Enthymematis.*

Cum cæteri] *Antecedens Enthymematis, quo latenter Lucullum, vt & alibi, pungit.*

An ipſe, cuius lege ſalus ac dignitas populo Romano, atque omnib. gentibus conſtituta eſt, expers eſſe debet gloriæ eius Imperatoris, atq; eius exercitus, qui conſilio ipſius, atq; periculo eſt

conſti-

Secundo probat Gabinium Pompeio adiungendum eſſe. Sitq; tale Enthymema: Multa et magna ſunt beneficia Gabinij in Rempub. & cæteras gentes, Ergo et gloriæ, quæ ex illis beneficijs oritur, parti-

ceps

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

conſtitutus? (*Nam pericu-* *ceps eſſe debet.*
la legislatori & conſultori aſſcripta fuiſſent.

Cuius lege] *Antecedens.*
Expers eſſe] *Conſequens Enthymematis.*

An C. Falcidius, Quintus Metellus, Q. Cælius Latinienſis, Cn. Lentulus, (quos omnes honoris cauſa nomino) cùm Tribuni plebis fuiſſent, anno proximo Legati eſſe potuerunt? in hoc uno Gabinio ſunt tam diligentes? qui in hoc bello (*Piratico*) quod lege Gabinia geritur, in hoc Imperatore (*Pompeio*) atq; exercitu, quem per ſe ipſe conſtituit, etiam præcipuo iure eſſe deberet (*id eſt, priuilegium haberet.*)

An] *Probatio huius conſequentis ab exemplis ſeu paribus.*

Anno proximo] *Significat, inquit Hotomanus, hunc morem fuiſſe, vt ne ij qui Tribuni pl. fuiſſent, Legati anno proximo ijs eſſent Imperatoribus, qui Tribunis illis conſtituti fuiſſent.*

Diligentes] *Vt eum ab vrbe nolint dimittere.*

Qui in hoc bello] *Oſtendit æquum eſſe vt pluſculum Iuris Gabinio cõcedatur in hoc bello, quod Pompeius gerebat, propter illius beneficiũ, quod Pompeius Gabiniana Lege miſſus erat aduerſus Piratas.*

De quo legando ſpero

Occupatio. Referre ad

ſpero conſules ad Senatum relaturos.

re ad Senatum, eſt Senatui aliquid proponere, ad deliberandum & conſultandum, vt alibi copioſius dictum eſt.

Quod ſi dubitabunt aut grauabuntur, ego me profiteor relaturum,

Gellius lib.16.

Neqꝫ me impediet, Quirites, inimicum edictum, quo minus fretus vobis, veſtrum Ius, beneficiumqꝫ defendam.

Alia occupatio, Qua tanquam Prætor Cicero ſuam confidentiam declarat.

Ius] *Præturæ intelligit, Nam Prætoribus quoqꝫ Ius erat ad Senatum referre.*

Bellum Piraticum à Pompeio confectum eſt anno conditæ vrbis 687. quo tempore Cicero natus annos 40. fuit Prætor Vrbanus, & hanc Orationem pro Lege Manilia habuit. Fuit autem magna Prætoris autoritas, vt Cicero hic oſtendit, Sed, vt iuniores hunc locum melius intelligant, Romanæ curiæ conſuetudo conſideranda eſt. Scribit enim A: Gellius cap. 7. lib. 14. M. Varronem in commentario Iſagogico ad Pompeium ſcripſiſſe, qui fuerint, per quos more maiorum Senatus haberi ſoleret, eoſqꝫ nominat Dictatorem, Conſules, Prætores, Tribunos plebis &c. Quoties autem vſu veniebat, vt omnes iſti magiſtratus eodem tempore Romæ eſſent,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

ſent, tum quo ſupra ordine ſcripti eſſent, quì eorum prior alijs eſſet, ei potiſsimum Senatus conſulendi ius fuiſſe. Qui autem Senatum habebat, idem ad Senatum referebat. Cum igitur Dictator Romæ non eſſet, ſi erant Conſules, illi ad Senatum referebant. Sed Cicero hoc loco affirmat, ſe tamen, quamuis ſit Prætor, ad Senatum relaturum de Legatione Gabiniana, ſi Conſules hoc facere non audebunt, vel non libenter aut moleſtè faciunt.

Inimicum edictum] *Quo procul dubio cautum fuit, ne quis Prætor Senatum haberet, quo tempore Conſules, eorumuè alter Romæ eſſet.*

Veſtrum Ius & beneficium] *Qua Tribuni plebis, poſteaquam magiſtratum ſuum depoſuerunt, ordinabantur & decernebantur Legati, ei qui imparator conſtitutus erat, &c.*

Neq; præter interceſsionem, quicquam audiam, de qua, (vt arbitror) iſti ipſi, qui minantur, etiam atq; etiam quî id liceat, conſiderabunt.

Intercedere eſt ſe opponere alicuius relationi, rogationi vel ſententiæ, & impedire eam, Et hoc iuris erat ijs, qui paris poteſtatis erant vel ſuperioris, de qua re lege etiam lib. 14. cap. 7. apud A. Gellium.

Mea quidem ſententia, Quirites, vnius A. Gabinius, belli maritimi, rerumq; ge-

Concluſio huius appendicis, de Gabinio loco Legati Pompeio adiungendo.

ſtarum autor Cn. Pompeio aſcribitur, (*adiungitur Legatus*) propterea quòd alter (*Gabinius*) vni (*Pompeio*) id bellum (*contra Piratas*) ſuſcipiendum veſtris ſuffragijs detulit, alter (*Pompeius*) delatum ſuſceptumq́ confecit (*bello finem impoſuit*)

Secunda Refutatio Q. Catuli.

Hactenus in Confutatione Cicero contrariam ſententiam Q. Hortenſij eruditè & ingenioſè refutauit, nunc tranſit ad ſecundam confutationis partem, qua ſententiam Q. Catuli contrariam Legi Manilianæ refutat & reijcit. Diuidit autem obiectionem Catuli in duo argumenta.

Primo enim Q. Catulus dixerat, hoc bellum nimis periculoſum eſſe, & non tuto vni Pompeio committi poſſe, in quo Reſpub. Romana omnem ſpem fixam & collocatam haberet. Hanc verò ſpem inanem futuram, ſi quid Pompeio periculoſius in bello, quod anceps & dubium eſt, acciderit.

Secundo dixerat Catulus, nihil faciendum eſſe contra exempla & inſtituta maiorum, qui vni viro omnia committenda eſſe noluerunt.

Primum argumentum Catuli hunc habet ſyllogiſmum.

Excellens

Excellens vir, in quo ſalus Reipub. ſita eſt, & qui molem gubernationis propter prudentiam & eloquentiam ſuſtinet, non temerè periculis obijciendus eſt.

Pompeius eſt excellens vir, totiusq́; Reipub. ſalus in illo ſita eſt.

Ergo periculis non temerè eſt obijciendus.

Reſponſio Ciceronis.

Huic argumento Cicero per inſtantiam reſpondet: Imò quo breuior vita hominis eſt, & aliquis excellentior, eo magis Reſpub. hoc viro & eius vita & virtute vti debet.

Nemo (enim) tam diuos habuit fauentes
Craſtina vt poßit ſibi polliceri
Tempora vitæ.

Wenn man ein ding hat / ſo ſol man deſſelbigen gebrauchen / wer weis wie lange / etc.

Secundum argumentum Catuli.

Contra inſtituta & exempla maiorum nihil noui faciendum eſt, iuxta dictum:
Moribus antiquis res ſtat Romana caditq́;.

Eſt autem contra inſtituta & exempla maiorum, vni viro omnia demandare.

Ergo vni Pompeio omnia non ſunt demandanda, ne & alij ſuis honoribus priuentur.

Reſponſio Ciceronis.

Cicero reſpondet primo ad Maiorem per diſtinctionem: Nihil noui debet fieri contra exempla & inſtituta maiorum, ſcil. temporibus pacatis & tranquillis, ſed temporibus neceßitatis, ubi noui caſus incidunt, licet diſcedere propter ſalutem ciuium ab inſtitutis maiorum, quod probat hoc modo:

Duo bella, Punicum & Hiſpanienſe, confecta ſunt ab vno Imperatore Scipione. Item:

Imperia contra Iugurtham, Cimbros et Theutones, vni Cn. Mario mandata ſunt. Deniq; maiores noſtri in bello ſemper ad nouos caſus temporum, noua conſilia contra ipſorum inſtituta, ceperunt.

Ergo licet interdum aliquid noui facere contra inſtituta maiorum.

Secundo reſpondet Cicero ad Minorem per Inficiationem hoc modo: Si Pompeius præficiatur bello Mithridatico, nihil noui fieret, Nam & antea ſæpe vni Pompeio alia Imperia vtiliter commiſſa ſunt.

Nunc Textum videamus.

Secundæ refutationis exordium.

Reliquum eſt, vt de Q. Catuli autoritate & ſententia dicendum eſſe videatur.

Qui

Qui cum ex vobis quæreret (*ſcilicet interrogando in diſſuaſione Legis Maniliæ*) Si in vno Cn. Pompeio omnia poneretis, (*id eſt, omnem ſpem*) Si quid de eo factum eſſet, (*id eſt, ſi quid humani acciderit*) in quo eſſetis ſpem habituri, cepit magnum ſuæ virtutis fructum, ac dignitatis, cùm omnes propè vna voce in eo ipſo vos ſpem habituros eſſe dixiſtis.

Primum argumentum Catuli.

Si quid de eo] *Dixit enim Catulus, conſeruandum eſſe talem virum, non exponendum periculis, vt Plutarchus monet. Nam*

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo,
Et ſubito caſu quæ valuere ruunt.

Vide Valerium Max: lib. 8. cap. 16.

Cepit magnum ſuæ virtutis] *Laus Catuli à virtute & dignitate. Cicero aduerſarium laudat, iuxta Regulam in Rhetorica traditam.*

Etenim talis eſt vir (*Catulus*) vt nulla res tanta ſit, ac tam difficilis, quam ille non et conſilio regere, & integritate tueri, & virtute conficere poſſit.

Cicero ſuam de Catulo ſententiam exponit. Huius Catuli quoq; meminit Cicero in Cla. Oratoribus.

Sed in hoc ipſo ab eo vehementiſsimè diſſentio, quod quo minus certa

Reſponſio Ciceronis ad primã Catuli obiectionem.

eſt hominum ac minus diuturna uita, hoc magis Reſpub. (dum per Deos immortales licet) frui debet ſummi hominis vita atq; virtute.

Minus diuturna J *Nam Naſcimur et morimur finiſq; ab origine pendet. In hanc ſententiam Homerus Ilia. 6. inquit:*

Perſimile eſt folijs hominum genus omne caducis
Quæ nunc nata vides, pulchriſq; vireſcere ſyluis
Autumno veniente cadunt, ſimul illa perurens
Incubuit Boreas, quædam ſub verna renaſci
Tempora, ſic vice perpetua ſuccreſcere lapſis
Semper item noua, ſic aliquis obeuntibus, vltrò
Succedunt alij iuuenes ætate grauatis.

Ariſtoteles. Quid eſt homo? Imbecillitatis exemplum, temporis ſpolium, fortunæ luſus, inconſtantiæ imago, inuidiæ & calamitatis trutina, reliquum verò pituita & bilis. Et nota eſt Pindari ſententia: ἐπάμεροι τὶ δὲ τίς, τί δὲ οὔτις; σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι. *Homo eſt imago vana, & vmbræ ſomnium, Inanis, ipſa inanitate inanior. Item:*

Nemo tam diuos habuit fauentes,
Craſtina vt poßit ſibi polliceri
Tempora vitæ.

At enim nihil noui fiat contra exempla, atq; inſtituta maiorum.

Secunda obiectio.

Moribus antiquis res ſtat Romana caditq;.

Et De-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Et Demoſthenes multis verbis in Oratione contra Timocratem diſputat, vſitatas in Repub. leges retinendas eſſe, & non ſine graui conſilio nouas eſſe conſtituendas. Sic Cicero Lacedæmonios in Oratione pro Flacco laudat, quod vſitatis & paternis vtantur legibus. Inquit enim, Adſunt Lacedæmonij, cuius ciuitatis ſpectata atq; nobilitata virtus, non ſolùm natura corroborata, verùm etiam diſciplina putatur, qui ſoli toto orbe terrarũ ſeptingentos iam annos amplius vnis moribus & nunquam mutatis legibus viuunt.

Sed tamen ſciendum eſt, pro ratione temporis & neceßitate Reipub. leges aliquas interdum mutari, de quo Gellius: Non enim profectò ignoras legum oportunitates & medelas pro temporum moribus, & pro rerũ publicarum generibus, ac pro vtilitatum præſentium rationibus, proq; viciorum, quibus medendum eſt, feruoribus, mutari atq; flecti, neq; vno ſtatu conſiſtere, quin vt facies cœli & maris, ita rerum atq; fortunæ tempeſtatibus varientur &c.

Non dico hoc loco: maiores noſtros ſemper in pace conſuetudini, in bello vtilitati paruiſſe, ſemper ad nouos caſus tempo-

Reſponſio Ciceronis ad ſecundam obiectionem.

Cic. ad [illegible]ent. Nunquam pr[illegible]ntibus in Repub. gubernãda viris,

temporum nouorum conſiliorum rationes accommodaſſe.

ris, laudata fuit vna ſententiæ perpetua permanſio. Cicero lib. 3. de Oratore: Neceßitas cogit, quod non habeas, aliunde ſumere.

In bello vtilitati] *Maiores noſtri, inquit Cicero, victi neceßitate, ſæpè aliquid noui ſtatuerunt. Nam, vt Euripides in fine Hecubæ inquit,* στεῤῥὰ γὰρ ἀνάγκη ἐστί. *Plato de legibus, Neceßitatem nec Deus, vt dicitur, violabit. Et apud Xenophontem rectè dicitur, Nullum eſſe præſtantiorem doctorẽ neceßitate. Item Liuius lib. 4. Etenim neceßitas naturam inſtituit, quæ temporibus parens, ſe ad id quod vſui eſſe videtur, accommodat. Vult igitur oſtendere Cicero, ea quæ ex neceßitate contra vſitatam conſuetudinem ſtatuenda ſunt, veniam mereri, vt dici ſolet: Dignum eſt inuitum omne venia.*

Non dicam duo bella maxima, Punicum & Hiſpanienſe, ab vno Imperatore (*Scipione*) eſſe confecta: duas vrbes potentiſsimas, quæ huic Imperio maximè minabantur, Carthaginẽ atq; Numantiam, ab

Probatio maioris, quod interdum aliquid noui in caſu neceßitatis ſit conſtitutum.

Primum exemplum à Scipione ſumitur. Primus qui Scipionis nomen Romæ nactus eſt, legitur fuiſſe ductor cæci ſui patris, et cum per plateas

ab eodem Sipione eſſe deletas.

plateas adoleſcens patrem duceret, admirati ſunt ciues, digito in ipſum monſtrantes & dicentes: Ecce Scipio ſui patris, id eſt, baculus patris, in quo pater hæſit. Poſtea clariſsima facta eſt familia Scipionum, vt nulla pulchrior aut præſtantior Romæ fuerit, nec etiam futura ſit.

Punicum, Hiſpanienſe] *De his bellis vide Liuium, Iuſtinum, Eutropium, Oroſium, Plutarchum & alios hiſtoriarum ſcriptores.*

Non commemorabo, nuper ita vobis, patribusq; veſtris eſſe viſum, vt in vno C. Mario, ſpes Imperij poneretur, vt idem cum Iugurtha (*Rege Numidiæ*) idem cum Cimbris, idem cum Theutonis bellum adminiſtraret.

Secundum exẽplum à Mario ſumptum, quo oſtendit temporib. belli veteres Romanos paruiſſe ſaluti Romanorum, non conſuetudini veterum. Vide Saluſt: in Iugurthino.

In vno Mario] *Vide Plutarchum in vita Marij, & Liuium lib. 67.*

Iugurtha] *Vt inquit Florus lib. 3. cap. 1. rex callidiſsimus populum Romanum armis inclytum & inuictum, opibus aggreſſus eſt, & circa ſpem omnium fortuna ceſsit, vt rex fraude præcipuus, fraude caperetur, Marius captiuum Iugurtham in Triumpho duxit.*

De

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

De bello Cimbrico & Teutonico vide Florum lib. 3. cap. 3. Plutarchum in Mario, Appianum, Eutropium, Oroſium &c. Liuius autem ſcribit Romanos ſæpius à Cimbris victos eſſe. Dominus præceptor noſter Philippus ſcribit Cimbros magnam partem littoris ad Cimbricam Cherſoneſum tenuiſſe, videlicet tractum Megalburgenſem &c.

Cimbri poſt multas victorias Teuthonis ſe coniunxerunt, cum quibus Marius tanto ardore pugnauit, tantaq́ cædes hoſtium fuit, vt victor Romanus de cruento flumine non plus aquæ biberit, quam ſanguinis. Et ſcribit Plutarchus, quod ex Teuthonis trucidati circiter decem myriades fuerint. Feruntur Maßilienſes, vt idem Plutarchus habet, oßibus vineas ſepſiſſe, & terram, in qua cadauera diffuſa iacebant, ſuperuenientibus imbribus ita pinguedine oppletam eſſe, putredine cadauerum, quæ terram ipſam ſubierant, vt incredibilem fructuum copiam coloni ex agris extulerint &c.

In ipſo Cn. Pompeio, in quo noui conſtitui nihil vult Q. Catulus, quàm multa ſint noua, ſummaq́; Catuli autoritate conſtituta recordamini.

Præcedenti membro maiorem ſyllogiſmi Catuli refutauit, Nunc deinceps minorem refutat, & dicit Cicero, Nihil noui conſtitui in Pompeio Lege Maniliana, ſi

ana, ſi bello Mithridatico præficiatur, idq́ probat Cicero ſex exemplis, ex quib. apparet, antea multa noua in Pompeio ab ipſo Catulo cōſtituta eſſe.

In quo noui nihil) *Conſuetudo apud Rom. fuit, vt qui per annum Imperium geßiſſent, priuati fierent, & alijs locum concederent, quod autoritate Senatus & approbatione Catuli in Pompeio non fuiſſe ſeruatum dicit.*

Quid tam nouum quàm adoleſcentulū priuatum (*non gerentem Magiſtratus*) exercitum difficili Reipub. tempore cōficere? confecit: huic præeſſe? præfuit: rem optimè ductu ſuo gerere? geſsit?

Primum exemplum, quo oſtendit aliquid noui in Pompeio conſtitutum eſſe.

Adoleſcentulum) *hinc Plutarchus ſcribit, quod cum Vindius quidam diceret audientibus militibus, quod ex Ludo pædagogi Pōpeius populi princeps confeſtim emicuiſſet, adeò illorum mentes indignatione motas fuiſſe, vt impetu in eum facto, ipſum necauerint.*

Priuatum] *Pompeius tunc temporis annos natus 23. in agro Piceno commorans, vidit Tyrannidem Carbonis, qui Cinnæ ſucceſſerat, & optimos quosq́ ciuium propria deſerere, & vndiq́ in caſtra Syllana veluti ad portum quendam confluere, Picenum igitur omne commouit, & tres Legiones confecit, & rem feliciter geßit. In*

Sicilia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Sicilia enim vicit & cepit Carbonem. Vide Plutarchum in Pompeio. Et Liuium lib. 85.

Ductu ſuo] *Id eſt, ſuo Imperio & conſilio, id quod difficile fuit.*

Exercitum conficere pro conſcribere, **Reuter vnd Landßknechte annemen.**

Quid tam præter cõſuetudinem? quàm homini peradoleſcenti, cuius à Senatorio gradu ætas longè abeſſet, Imperium atque exercitum dari? Sicili-liam

Secundum nouum conſtitutum in Pompeio.

Pompeius natus annos 24. bellum cum Domitio gerit. Plutar.

Cuius à Senatorio] *Senatores* γέροντες *ab ætate ſenum nomen habent, Viri enim prudentia & longo vſu præſtantes Reipub. præficiendi ſunt, et non iuuenes, quorũ mentes, ut Ariſtoteles inquit, ſemper pendent. Nulli autem concedebatur fieri Senatorem, ante annum ætatis 40. Pompeius bello contra Domitium in Aphrica feliciter confecto, domum rediens triumphauit, cùm adhuc eſſet eques Romanus, nec vllum in Repub. Magiſtratum geßiſſet, quod erat contra maiorum conſuetudinem. Nam Triumphus negabatur illi, qui ſine magiſtratu rem geßiſſet, aut qui neq; Dictator, neq; Conſul, neq; Prætor fuiſſet. Ea ratione Sylla triumphum Põpeio denegabat, victo Domitio in Africa, ſed*

tandem

tandem extra ordinem triumphauit, cuius hic Cicero in tertio nouo meminit. P. Cornelio Lentulo denegatus eſt Triumphus, quamuis multa egregiè geſſerit, quia non Conſul aut Prætor, ſed Proconſul fuiſſet in Hiſpania &c.

liam permitti, atq; Aphricam bellumq; in ea adminiſtrandum? Fuit in his prouincijs ſingulari innocentia, grauitate, virtute: Bellum in Aphrica maximum confecit: Victorem exercitum deportauit.

Bellum cum Domitio geſtum intelligit, vide Plutarchum & Liuium.

Fuit in his prouincijs] *Id eſt, adminiſtrauit bellum in Sicilia & Aphrica, cum ſumma laude iuſticiæ, conſtantiæ & fortitudinis.*

Deportauit) *Deportare exercitum, eſt exercitum claſſe in patriam reducere,* **Das Kriegeſuolck wider heim füren.** *Sic & Liuius loquitur, vt lib. 23. Quum ipſe confecto bello Annibal victor in eam decedat, exercitumq; deportet.*

Quid tam inauditum? quàm equitem Romanum triumphare? At eam quoq; rem populus Romanus non modò vidit, ſed

Tertium nouum in Pompeio conſtitutum.

Pompeius in curru à quatuor Elephantibus ducto, triumphauit, natus annos 24.

ſed etiam ſtudio omni viſendam putauit. *Vide Flor. in Epit. & Plinium lib.7.*

Omni ſtudio] *Nam ea quæ inuſitata ſunt, maximo ſtudio ſpectantur.*

Equitem Romanum triumphare] *Nam Cn. Pompeius, vt paulò ante dixi, adoleſcens adhuc, re in Aphrica contra Domitium feliciter geſta Triumphauit, qui honor apud Rom. longè fuit maximus & ſplendidiſſimus.*

Subijciam hoc loco propter iuniores deſcriptionem Triumphi Pauli Æmilij, qui apud Plutarchum legitur, vnde quis & qualis honor fuerit Triumphus, facilè æſtimari ac deprehendi poteſt.

Prima dies vix ſuffecit tranſmittendis ſignis, Tabellis, Coloſſis, quæ vehiculis 250. vecta ſunt. Altero die arma multis curribus vecta, quæ ſequebantur tria millia virorum numiſmata ferentium argentea, in vaſis 750 ſingula verò vaſa trium erant talentorum, quæ quatuor viri ſingula geſtabant. Alij item ferebant crateras, calices, phialasq́. Tertia die Tibicines prima luce bellicum ſonantes, poſt eos 120. boues, cornibus auratis, vittis ſertisq́ ornati, ducti ab adoleſcentibus ad immolandum ſuccinctis, ſequentibus pueris, aureas argenteasq́ patinas ferentibus ad ſacrificia. Poſt eos ibant qui nummos aureos ferebant in 83. vaſis trium talentorum,

bos

hos ſequebantur auream phialam qui ferrent, quam ex lapillis Æmilius confecerat. Poſt hos qui ferebant Antigonia, Seleucia, Thericlea, & Perſea vaſa aurea. Poſt hæc Perſei currus & arma, & diadema ſuper arma poſitum. Dein modico interuallo nati regis, & cum illis alumnorum, pædagogorum lacrymantium turba. Erant verò duo mares, vnaq́; fœmina, paruuli. Poſt hos Perſeus atra veſte, deq́; more patrio crepidatus. Poſt eum amicorum familiarumq́; turba mœſta. Poſt eum 400. coronæ, quibus donatus fuerat Æmilius à Græcis vrbibus. Deinde Æmilius ſequebatur ſupra auratum currum, purpura auro contexta indutus, & lauri ramum dextera gerens, ſequentibus militum cohortibus, iocularia de more dicentibus &c.

Quid tam inuſitatum? quàm vt cum duo Conſules clariſſimi fortiſſimiq́; eſſent, eques Romanus (*Pompeius*) ad bellū maximum formidoloſiſſimumq́; pro Conſule mitteretur? miſſus eſt. Quo quidem tempore cum eſſet non

Quartum nouum in Pompeio præter omnem conſuetudinem cōſtitutum.

Antonius apud Ciceronem inquit: Hæc mea in dicendo ratio eſt, vt ſi quid boni cauſa habet, in eo habitem, hæream & commorer. Ita Cicero aliquot noua conge-

non nemo in Senatu, qui diceret: Non oportere mitti hominē priuatum, pro Conſule: L. Philippus dixiſſe dicitur: Non ſe illum ſua ſententia, pro Conſule, ſed pro Conſulibus mittere. Tanta in eo Reipub. benè gerendæ ſpes cōſtituebatur, vt duorū conſulum munus vnius adoleſcentis virtuti committeretur.

congerit, in quibus auditores detinet, vt ſecum altius deliberent, quantus vir ſit Pompeius.

Duo Conſules] *Lepidus & Catulus, vt patet ex Floro & Appiano.*

Ad bellum maxi.] *Sertorianum intelligit.*

L. Philippus] *Orator, de quo vide Ciceronem in Bruto.*

Bellum maximum formidoloſiſſimūq;] *Intelligit bellum Sertorianum, in Hiſpania geſtum. Vide Plutarchum in vita Pompeij. Eſtq; in illa hiſtoria imprimis obſeruandum, quod Metellus parum contra Sertorium effecit. Metellus enim delicijs omnibus ac voluptati frena laxabat, ingensq; in ipſo ſuisq; rerum erat mutatio ex ſubito luxu, vnde creſcebat Pompeij gloria ac beneuolentia in ea diſciplina milites tenentis, quæ haud permagno egebat ſumptu. Natura .n. ſobrius fuit, & cupiditatibus longè abſtinens.*

Duorum Conſulum] *Lepidum, & hunc ipſum Q. Catulum intelligit.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Vnius adoleſcentis] *Cùm Sylla Pompeio propter ætatem, & quia nullas dignitates adminiſtraſſet, triumphum denegare conaretur. Reſpondit Pompeius: Plures eſſe qui orientem Solem venerarentur, quàm occidentem. Quo procul dubio ſignificare voluit, & in iuuenibus eſſe fortitudinem ac robur animi, quo res maximæ geri poſſint.*

Quid tam ſingulare, quàm vt ex Senatus conſulto legib. ſolutus, Conſul ante fieret, quàm vllum alium magiſtratum per leges capere licuiſſet?

Quintum nouum, præter maiorũ conſuetudinem in Pompeio conceſſum.

Ex Senatus conſulto] *Id eſt, ex decreto Senatus, cũ L. Philippus dixiſſet, vt Pompeius in Aſiam mitteretur.*

Solutus Legibus] *Id eſt, vt Pompeius non teneretur legibus, quibus præſcribebatur, quo tempore alicui magiſtratus committendus eſſet.* Man hat mit dem Pompeio *diſpenſiret, vt vulgò dicitur.*

Vllum alium magiſtratum] *Scilicet Ædilitatem vel Præturam. Duplices fuerunt magiſtratus Romæ, Minores & maiores, qui ordinatim petebantur. Ædilitas enim primus erat magiſtratus, deinde Prætura, poſtea Conſulatus, Ad Conſularem autem dignitatem ex veterum inſti-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

tuto nemo prouehebatur, niſi qui antea Ædilis, & deinde Prætor fuiſſet. Pompeius autem nondum his magiſtratibus functus, Conſul factus eſt cum Craſſo, & quidem ante ætatem, Ætas enim conſularis non minor erat annis 40. ab hac autem ætate longè abfuit Pompeius, cum Conſul fieret.

Obſeruetur etiam copia orationis hoc loco, Idem enim eſt, Quid tam nouum? Quid tam præter conſuetudinem? Quid tam inauditum? Quid tam inuſitatum? Quid tam ſingulare? Quid tam incredibile?

Quid tam incredibile? quàm ut iterum eques Romanus ex Senatus conſulto triumpharet?

Sextum nouum &c.

Iterum] *Prius enim de Domitio et Hierica, in Aphrica victis triumphauit, Secundò autem ex decreto Senatus, re benè geſta contra Sertorium in Hiſpania Pompeius triumphauit. Vide Plinium lib. 7. & Val. Max. lib. 8. &c. Et Liuium lib. 23. & 36.*

Quæ in omnib. hominib. noua poſt hominum memoriam conſtituta ſunt, ea tã multa nõ ſunt, quàm hæc, quæ in hoc vno homine videmus.

Concluſio rerum nouarum quæ in Pompeio conſtitutæ ſunt, cuius hæc eſt ſententia: Quæ in Cn. Pomp. noua conſtituta ſunt, extra oẽs leges, ea multò plura ſunt.

ſunt, quàm quæ vnquam in vllo ciue Romano ab omni antiquitate & hominum memoria conſtituta ſunt.

Atque hæc tot exempla, tanta ac tam noua, profecta ſunt in eundem hominem à Q. Catulo, atq; à cæterorum eiuſdem dignitatis ampliſsimorum hominum autoritate.

Hæc noua omnia à Catulo et alijs in Pom. cõſtituta eſſe oſtendit.

Eiuſdem dignitatis] *Scilicet Senatoriæ vel Conſularis.*

Quare videant, ne ſit periniquum & nõ ferendum, illorum autoritatẽ de Cn. Pompeij dignitate à vobis comprobatã ſemper eſſe, veſtrum ab illis de eodem homine iudicium, populiq; Romani autoritatem improbari, cum præſertim iam ſuo iure populus Romanus in hoc homine ſuam autoritatem, vel contra omnes, qui diſſentiunt, poſsit defendere,

Audiuimus hactenus, quàm acutè et ingenioſè Cicero Maiorem & Minorẽ propoſitionem Syllogiſmi Catuli refutarit, hoc verò loco ad concluſionem eiuſdem ſyllogiſmi reſpondet. Primo autẽ Cicero aduerſarios reprehendit, quòd cum ipſorum ſententiæ de Pompeij dignitate ſemper à populo comprobatæ ſint, nũc tamen eiuſdem de eodem homine iudicium improbent. Secundo horta-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

re, propterea quòd iſtis reclamātibus vos vnum illum ex omnibus delegiſtis, quem bello prædonum præponeretis.

hortatur Quirites, vt ſuo quodam iure ſine illorum autoritate, in concepta ſententia conſtantes permaneant, & Pompeio aduerſus Mithridatem et Tigranem imperium committant.

Populi Romani autoritatem] *Qua decernitur bellum Mithridaticum Pompeio.*

Hoc ſi vos temerè feciſtis, & Reipub. parum conſuluiſtis, rectè iſti ſtudia veſtra ſuis conſilijs regere conantur. Sin autem vos plus tum in Reipub. vidiſtis, vos his repugnantibus, per voſmetipſos dignitatem huic imperio, ſalutem orbi terrarum attuliſtis, aliquando iſti principes & ſibi, & cæteris populi Romani vniuerſi autoritati parendum eſſe fateantur.

Hypoteticè à dilemmate amplificat.

Iſti] *Catullus & cæteri eiuſdem ſententiæ Senatores.*

Studia veſtra ſuis conſilijs regere] *Senatores non habebant Ius ſuffragij, ſed cum de re aliqua ferendum erat ſuffragium, licebat Senatoribus orationes ad populum habere, quib. ſuaderent populo, quid agendum foret. Itaq; populi Romani ſtudia conſilijs ſuis regebant.*

Parendum eſſe fateantur) *Non reclamandum*

dum eſt populo, iubenti & probanti Legem C. Manilij, de Pompeio aduerſus Mithridatem mittendo.

SEQVITVR APPENDIX, *quam Catulianæ refutationi annectit Cicero.*

Vt ſuperiori Refutationi Hortenſianæ appendicem adiecit, Ita & hoc loco Catulianæ generalem amplificationem annectit. Habet autem hæc appendix duas partes: In prima parte renouat præcipuam exornationis Pompeij narrationem, quæ eſt de ipſius ſingulari eximiaq; virtute. In ſecunda parte Hortenſij & Catuli autoritatibus plures, videlicet quatuor ſummorum virorum autoritates opponit, 1. Publij Seruilij, 2. Caij Curionis, 3. Cnei Lentuli, & Caij Caſſij, qui vt populus decretum & legem C. Manilij probaret, ei autores ſuaſoresq; fuerunt.

Prima pars hoc Syllogiſmo comprehendi poteſt:

In bello Aſiatico virtus militaris, & aliæ multæ ac magnæ virtutes requiruntur.

Cn. Pompeus his omnibus virtutibus præditus eſt.

Ergo Cn. Pompeius Imperator ad bellum Aſiaticum requiritur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Atq; in hoc bello Aſiatico & regio, non ſolùm militaris illa virtus, quæ eſt in Cn. Pompeio ſingularis, ſed aliæ quoq; virtutes animi multæ ac magnæ requiruntur.

I. Pars.

Maior ſyllogiſmi.

Atq; in hoc] *Cicero iuxta regulam in Rhetorica traditam, hanc partem in fine ferè orationis ideò repetit, vt virtutum Pompeij commemoratione, facilius perſuadeat populo Romano, Bellum Mithridaticum Cn. Pompeio eſſe committendum.*

Militaris virtus] *Cicero ſuperius dixit: In ſummo Imperatore quatuor hæ virtutes ineſſe debent, Scientia rei militaris, virtus, autoritas, felicitas. Idem in eadem oratione: Hæ ſunt virtutes Imperatoriæ, Labor in negocijs, fortitudo in periculis, induſtria in agendo, celeritas in conficiendo, conſilium in prouidendo. Et Ageſilai honeſtiß. vox eſt: Imperator habeat aduerſus hoſtes audaciam, erga ſubditos beneuolentiam, in oportunitate verò rationem & conſilium.*

Virtutes animi) *Scilicet manſuetiores, ſiue leniores, vt ſunt innocentia, temperantia, fides, facilitas, humanitas, & prudentia, de quibus ſupra ordine dictum eſt.*

Difficile eſt in Aſia, Cilicia, Lycia, Sy-

ria,

Amplificatio Maioris propoſitionis: diffi-

cile

ria, regnis exterarum nationum, ita verſari veſtrum Imperatorem, vt nihil aliud, quàm de hoſte & laude cogitet.

cile enim eſt magiſtratum adminiſtrare, niſi quis multis virtutibus præditus ſit.

Cic. lib. 1. Off. Suſcipienda bella ſunt, vt in pace ſine iniuria viuatur. Et Plutarchus: Qui bellicis rebus præeſſe dux debet, hunc non in fronte modò, ſed in tergo oculos habere conuenit.

Difficile eſt in Aſia) *Scilicet cum procul à nobis remoti ſint.*

Deinde etiamſi qui ſunt pudore ac temperantia moderatiores, tamen eos tales propter multitudinem cupidorum hominum nemo arbitratur.

Occupatio, qua reſpondet obiectioni, eſſe & alios Imperatores temperantes.

Propter vnius incontinentiã plures malè audire coguntur.

Difficile eſt dictu Quirites, quanto in odio ſimus apud exteras nationes, propter eorum, quos ad eos hoc anno cum imperio miſimus, iniurias ac libidines.

Ab effectibus rapacitatis & libidinum Rom. ducum, q. d. Exteræ nationes & ſocij ſatis teſtantur, quàm incontinentes fuerint & ſint alij Imperatores, Pompeius verò eſt continentiſsimus.

Hoc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Hoc anno) *Glabrionem vocare videtur, qui Lucullo ſucceßit.*

Cicero 2. Off. Nulla re conciliare facilius poſſunt multitudines beneuolentiam, ij qui Reipub. præſunt, quàm abſtinentia & continentia.

D. Bernh. dictum eſt : Cuſtodiæ, paſtui, ornatui ouium paſtores intendere debent, Quærere quæſtum proprium, non profectum de ſubditis, deiecti animi eſt.

Quod enim fanum putatis in illis terris, noſtris magiſtratibus religioſum? quam ciuitatem ſanctam? quã domum ſatis clauſam ac munitam fuiſſe.

Breuiter recitat exempla iniuriarum & libidinum, quibus ſubditi à gubernatoribus affecti ſunt.

Furibus nihil eſt religioſum & ſanctum.

Cicero pro Quinto: Nullum eſt officium tam ſanctum, atq; ſolenne, quod non auaritia comminuere atq; violare ſoleat.

Vrbes iam locupletes ac copioſæ requiruntur, quibus cauſa belli, propter diripiendi cupiditatem, inferatur.

Alio exemplo perſtringit rapacitatem Rom. Imperatorum.

Copioſæ) *id eſt, diuites, Homo copioſus, id eſt, locuples.*

Quibus cauſa belli) *Id eſt, Quibus, occaſione aliqua quæſita, bellum inferatur, propter rapacitatem & direptionem.*

Liben-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Libenter hæc coram Q. Catulo & Q. Hortenſio diſputarem, ſummis & clariſsimis viris.

Mouet odium Catulo & Hortenſio, quod aduerſentur ſaluti ſociorum.

Nouerunt enim ſociorum vulnera: vident eorum calamitates: querimonias audiunt.

Querimoniæ enim ad Senatum perferuntur.

Pro ſocijs vos contra hoſtes exercitum mittere putatis? an hoſtium ſimulatione contra ſocios atq; amicos?

Exaggerat & amplificat iniuriam & vim Rom. ducum in populum. Prior autem pars interrogationis eſt negantis, poſterior verò aſſeuerantis. Cicero in Vatinium: Nemo tam firmum habuit præſidium, quod auaritia non infregerit, neq; debilitauerit.

Quæ ciuitas eſt in Aſia? quæ non modò Imperatoris, aut Legati, aut vnius Tribuni militum animos, ac ſpem capere poſsit?

A ſignis rapacitatis ducum Romanorum.

Sunt enim inſatiabiles. Romanæ nutrix nam Lupa gentis erat.

Quare etiamſi quem habetis, qui collatis ſignis, exercitus re-

Concluſio maioris propoſitionis ſyllogiſmi ſupra poſiti.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

gios ſuperare poſſe videatur, tamen niſi erit idem, qui ſe à pecunijs ſociorum, qui ab eorum coniugibus ac liberis, qui ab auro, gazaq; regia, manus, oculos, animũ cohibere poſsit, non erit idoneus, qui ad bellum Aſiaticum regiumque mittatur.

Conferre ſigna) *Id eſt, confligere cum hoſte.*

Gaza) *GaZa regia dicitur Fiſcus & Theſaurus regius, vtitur autem verbo barbaro, quia loquitur de theſauro barbarorum regum.*

Manus, oculos) *Alludit ad Sophoclis præceptum, de quo lib. I. Off. agit.*

De continentia & temperantia Imperatorum ſupra dixi.

Temperans eſt Imperator, qui à ſociorum	*Pecunijs* / *Coniugibus ac liberis* / *Auro gaZáque regia*	*cohibere poteſt*	*Manus.* / *Oculos.* / *Animũ.*

Ecquam putatis ciuitatem pacatã fuiſſe, quæ locuples ſit? Ecquam eſſe locupletem, quæ iſtis pacata eſſe videatur?

A ſignis auaritiæ.

Ora

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Ora maritima, Quirites, Cn. Pompeium, non ſolùm propter rei militaris gloriam, ſed etiam propter animi continentiam requiſiuit. (*Scilicet vt bello Piratico præficeretur.*)

Sequitur Minor ſyllogiſmi ſupra poſiti.

Videbat enim populum Romanũ non locupletari quotannis pecunia publica, præter paucos, neq; eos quicquam aliud aſſequi claſsium nomine niſi vt detrimentis accipiendis, maiore affici turpitudine videremur.

Ratio, Ora maritima videbat, pecuniam publicam & vectigalem non referri in ærarium.

Publica] *vectigalibus, tributis, portorijs, ſcripturis.*

Claßium nomine, **Vnter dem ſchein des Befehls.**

Detrimentis] *Detrimentum accipere dicitur Imperator, cum hoſtis illi victoriam detrahit.*

~~Nunquam~~ cupiditate homines in prouincias, quibus iacturis, quibus conditionibus proficiſcantur, ignorãt videlicet iſti, qui ad vnum deferenda eſſe omnia non arbi-

Perſtringit vicia Rom. Imperatorum.

Iacturis) *Id eſt, qua effuſione pecuniæ facta, impetrant, vt in prouincias mittatur.*

Videlicet] *Ironia: quaſi non ſcirent.*

Quaſi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

arbitrantur? Quaſi verò Cn. Pompeium non cum ſuis virtutibus, tum etiam alienis vicijs magnum eſſe videamus.

Quaſi verò) *A cauſa, cur Pompeius & magnus habeatur, & omnia ad eum deferantur. Primo quia ſuis virtutibus excellit, magniſq; dotibus præ multis reliquis à dijs immortalibus ornatus eſt. Secundo propter aliorum ducum vicia, quibus ſeſe non commaculat, nec cum eis communicat. Vicia etiam in alijs aliorum virtutes extollunt. Pompeij temperantia eò maior videbatur, quo vicia in alijs Imperatoribus conſpectiora erant. Sylla, vt refert Plutarchus, primùm ingenti voce Pompeium Magnum nominauit, iuſſitq; omnibus, vt ſimiliter Magnum eum appellarent. Alij dicunt cognomen hoc primùm in Aphrica ab vniuerſo exercitu illi inditum.*

Quare nolite dubitare, quin huic vni credatis omnia, qui inter annos tot, vnus inuentus ſit, quem ſocij in vrbes ſuas cum exercitu veniſſe gaudeant.

Concluſio primæ partis appendicis, quæ de ſingulari continentia Pompeij dixit.

Quod ſi autoritatibus hanc cauſam, Quirites, confirmandam

Secunda pars huius appendicis, qua autoritatibus Catuli & Hortenſij

dam putatis, eſt vobis autor, vir bellorum omnium maximarumq́ʒ rerum peritiſsimus P. Seruilius, cuius tantæ res geſtæ, terra mariq́ʒ extiterunt, ut cum de bello deliberetis, autor vobis grauior eſſe nemo debeat.

tenſij quatuor aliorum autoritates opponit.

Prima autoritas P. Seruilij. Vide Strabonem lib. 16. et Flor. in Epit.

Eſt vobis autor] *Id eſt, dux ſententiæ, ut deferatur Imperium Pompeio contra Mithridatem. P. Seruilius terra mariq́ ante Pompeium Piratas deuicit.*

Eſt Caius Curio, ſummis veſtris beneficijs maximiſq́ʒ reb. geſtis, ſummo ingenio, et prudentia præditus.

Secunda autoritas C. Curionis, qui etiam ſuadet, ut Pompeio bellum contra Mithridatem mandetur. Vide Florum.

Beneficijs] *Per beneficia Rom. intelligit Cicero dignitates & honores, ut ſunt Ædilitas, Prætura, Conſulatus &c.*

Eſt C. Lentulus, in quo omnes pro ampliſsimis veſtris honoribus ſummum conſilium, ſummam grauitatem eſſe cognoſcitis.

Tertia autoritas C. Lentuli.

Honoribus] *Id eſt, proconſulatu.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Eſt Caius Caſsius, integritate, virtute, cō-ſtantia ſingulari.

Quarta autoritas C. Caßij.

Quare videte, num horum autoritatibus, illorum orationi qui diſſentiunt, reſpōdere poſſe videamur.

Concluſio huius autoritatum recitationis.

Horum] *Scilicet quatuor, qui ſuadent, vt Cn. Pompeio bellum aduerſus Mithridatem decernatur.*

Illorum] *Hortensij & Catuli.*

Sequitur nunc Peroratio & Epilogus totius Orationis.

Accedimus, Dei gratia, *ad vltimam huius ſplendidæ orationis partem, videlicet ad Perorationem. Conſtat autem hæc Peroratio quatuor partibus.*

Primò laudat & comprobat Cicero legem voluntatemq́; C. *Manilij.*

Secundò hortatur eundem, vt maneat conſtans in ſententia, nec cuiuſquam vim aut minas pertimeſcat.

Tertiò, pollicetur & defert C. Manilio & toti populo Romano omne ſtudium, omnemq́; ſuam operam.

Quartò

Quartò & vltimò reddit rationes, quare hanc cauſam ſuſceperit, videlicet propter ſalutem Reipub. non aliquam bonam gratiam, aut priuatas vtilitates.

Quæ cum ita ſint C. Manili primum iſtam tuam & legem, & voluntatem & ſententiam laudo, vehementiſsimèque comprobo.

Quæ cum] *Id eſt, cum bellum hoc admodum neceſſarium ſit, adeoq́ difficile, vt ad hoc nemo idoneus ſit quam Pompeius, ac obiectiones Hortenſij & Catuli inanes tantum ſint cauillationes.*

Deinde te hortor, vt autore populo Romano, maneas in ſententia, neue cuiuſcq́ vim, aut minas pertimeſcas.

II.

Cicero ad Q. Fratrem. Nulla eſt imperij tanta vis, qui premente metu poſsit eſſe diuturna.

Pertimeſcas] *Multi enim erant illo tempore, qui ſe interceſſuros legi minitabantur.*

Primum in te ſatis eſſe animi conſtantiæq́ arbitror.

Cauſæ, quare Manilius in ſua ſentẽtia manere cõſtanter debeat.

Deinde cum tantam multitudinem, cum tanto ſtudio adeſſe videamus, quantam non iterum in eodem homine præficiendo vidimus: quid eſt quod aut de re aut perficiendi facultate dubitemus?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Ego autem quicquid in me eſt ſtudiȷ̄, conſiliȷ̄, laboris, ingeniȷ̄, quicquid hoc beneficio populi Romani, atque hac poteſtate prætoria, quicquid autoritate, fide, conſtantia poſſum, id omne ad hanc rem conficiendam tibi & populo Romano polliceor, et defero.

III.

Omne ſuum officium populo Romano & Manilio pollicetur.

Pietas Ciceronis erga patriam. Philip. X. Cum dies et noctes, omnia nos vndiq; fata circumſtent, non eſt dubitandum, eum ſpiritum, quem naturæ quiſq; debet patriæ reddere.

Teſtorq́; omnes deos, & eos maximè, qui huic loco, temploq́; præſident, qui omnium mentes eorum, qui ad Remp. adeunt, maximè perſpiciunt, me hoc neq; rogatu facere cuiuſq́;, neq; quo Cn. Pompeiȷ̄ gratia mihi per hanc cauſam conciliari putem, neque quo mihi ex cuiſquam ampli-

IIII.

Obteſtatio, oſtendens animum Ciceronis de Rep. & patriæ ſalute.

Huic loco] *Plinius lib. 34. tres Sibyllæ ſtatuas iuxta roſtra fuiſſe tradit. Suetonius quoq; in Iulio ſimulachrum Veneris genetricis pro roſtris fuiſſe teſtatur.*

Per hanc cauſam] *Scilicet vt Pompeius mitta-*

amplitudine, aut præſidia periculis, aut adiumenta honoribus quæram.

mittatur aduerſus Mithridatem.

Amplitudine] *Potentia & opibus.*

Adiumenta] *Auxilia in petitione Magiſtratus.*

Necq; rogatu cuiuſquam necq; gratia) *Apud Stobæum inſignis extat ſententia: Quemadmodum Sol non expectat preces, vt exoriatur, ſed illico fulget, & ſalutatur ab omnibus, ita nec expectauerit Princeps plauſus & ſtrepitus & laudes, vt benefaciat, ſed ſponte conferat beneficia, & æquè ac Sol amabitur.*

Propterea quòd pericula facile, vt hominem præſtare oportet, innocentia tecti pellemus. Honorem autem, neque ab vno, neque ex hoc loco, ſed eadem noſtra illa laborioſiſsima ratione vitæ, ſi veſtra voluntas feret, conſequemur.

Locus communis: Boni viri virtute tecti, in officio maneant. De Fabio dicitur, quòd Sol citius à curſu ſuo dimoueri potuerit, quàm ille à virtute.

Innocentia] *Pindarus: Viri boni reſtinguunt calumnias meritis & innocentia ſua, vt qui aquam in ignem ſpargunt.*

Innocentia tecti pellemus] *Sint iunioribus in conſpectu Mantuani verſus.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Sicut enim trepidare facit mens conſcia culpæ,
Sic animi ſimplex probitas & cognita virtus
Efficit impauidum pectus, fugit impius vltrò
Iudiciumq́ pauet, frontem pius audet apertam
Tollere, non regis vultum, non iudicis ora,
Non rigidos lictorum enſes formidat, vt acres
Non metuit flammas aurum, non verbera ferri
Dura potens Adamas, nec onuſtæ pōdera palmæ.

Laborioſiſsima] *Saluſt: Nemo vnquam ignauia immortalis factus eſt. Item:*

——— Pigra extulit aſtris
Haud vnquam ſeſe virtus.

Sic Euripid: Nullus eſt, qui molli & ocioſæ vitæ ſtudens, gloriam adeptus ſit. Et pulcherrimè Æneas apud Virgilium inquit:

Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum
Tendimus in Latium &c.

Vitæ ratione] *Scilicet in priuatorum periculis propulſandis.*

Quamobrem quicquid in hac cauſa mihi ſuſceptum eſt, Quirites, id omne me Reipub. cauſa ſuſcepiſſe confirmo.

Liuius Decad. 1. lib. 4. Qui apud multitudinem loquitur, eò gratior eſt, quò nihil præter publicum commodum videt. Cicero in Vatin. Ciuis is eſt, qui patriã ſuam diligit, ac bonos omnes ſaluos incolumesq́ deſiderat.

Tantumq́; abeſt, ut aliquam bonam gratiam mihi quæſiſſe videar, vt multas etiam ſimultates, partim obſcuras, partim apertas, intelligam mihi non neceſſarias vobis non inutiles ſuſcepiſſe.

Brutus ad Ciceronem Fam. 10. Omni timore depoſito, debemus liberè Reipub. conſulere.

Cicero eſt exemplar boni gubernatoris, qui in Philip. 13. ſic inquit: Nullus eſt caſus pro dignitate & libertate patriæ non ferendus. Tacitè autē Lucullum notare videtur.

Sed ego me hoc honore præditum, tantis veſtris beneficiis affectum, ſtatui, Quirites, veſtram voluntatem, & Reipub. dignitatem, & ſalutem prouinciarum, atque ſociorum meis omnibus commodis & rationibus præferre oportere.

Concluſio Perorationis.

Publica non priuata quærenda ſunt in gubernatione. Cicero in Vatin: Omnia quæ à nobis geruntur, non ad noſtram vtilitatem & commodum, ſed ad patriæ ſalutem conferre debemus. Idem pro Milone: Qui periculum non timet, propoſita inuidia, morte, pœna, qui nihil ſegnius Rempublicam defendit, is vir verè & ciuis putandus eſt.

Atq; ita, Dei gratia, & auxilio clementiſſimo, hanc Orationem Ciceronis explicatione noſtra qualicunq; & ſcholaſtica illuſtratam finiui. Ego autem cum Cicerone lib. 3. de Orat. dicam, edidi quæ potui, non vt volui, ſed vt me temporis anguſtiæ coëgerunt. Scitum eſt enim, cauſam conferre in tempus, cum afferre plura ſi cupias, non queas. Hunc equidem laborem inter reliquas ſcholæ moleſtias & ſollicitudines, difficilem ſanè ac tædioſum in rem & vtilitatem diſcentium ſuſcepi, vt monſtrarem ſtudioſis vſum artium dicendi in magnarum materiarum explicatione. Non enim, vt ſæpè affirmo, contentus ſum nuda regularum cuiuslibet artis cognitione, ſed regularum etiam vſum multum ac frequentiſſimum à diſcipulis meis efflagito & requiro.

Vtiliſſimum igitur eſt, primo, qua poteſt fieri breuitate, præcepta artium dicendi iunioribus proponere. Et deinde exempla nobilium & grauium autorum, qui ſunt non ſolum purè & grammaticè locuti, ornatè & Rhetoricè eloquuti, ſed etiam ſubtiliter, acutè & prudenter de propoſita quæſtione ratiocinati, vt in eis diſcipuli mei Regularum Dialecticarum & Rhetoricarum vſum explorent ac deprehendant. Quo vſu deprehenſo, hortator eis eſſe ſoleo, vt ſimilem quæſtionem tractent & exercent. Ita ſpero iu-

ro iuniores artium vſum & fructum non ſolùm
magno & aßiduo, ſed grato & iucundo labore
percipere. De qua re quotidianas noſtras ma-
gna ſedulitate adhortationes repetimus. His
ergo plura non addam, ſed vt Scipio, qui à deui-
cta Aphrica nomen perenne ac famæ gloriam
omni poſteritati celebrandam reliquit, Dijs im-
mortalibus pro victoria gratias egit, ita & nos
in hac militia ſcholaſtica DEO Patri & Filio
eius, Domino noſtro IESV CHRISTO
gratias agamus, quod mediocrem tranquillita-
tem ſcholæ noſtræ hactenus conceßit, & noſtris
Muſis ocia profectui noſtro ſalutaria fecit, in
quibus ſtudia tractare, & ad poſteritatis memo-
riam propagare potuimus.

Oremus æternum DEVM, Patrem Domi-
ni noſtri IESV CHRISTI, vt deinceps
quoq; has noſtras nidulas velamento alarum
ſuarum clementer protegat & conſeruet, vt ipſi
grata, nobis verò & Eccleſiæ ſalutaria dicamus
& agamus. Quod vt fiat, te IESV CHRI-
STE Emanuel toto pectore, tota mente
& omnium virium mearum con-
tentione oro precorq́;.

Finis explicationis Orationis pro
Lege Manilia.

Conti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Contigit optatum modo noſtra profectio portum,
Eſtq́; ſua requie noſtra potita ratis.
Nunc igitur feſſæ naui deſcendite Muſæ,
Et date cuſtodi debita thura Deo.
Ocia conueniunt feßis, requieſcite Muſæ,
Mox aliud veſter curſus inibit iter.
Laus ſit honorq́; Deo, cuius moderamine portum,
Eluctata mari noſtra carina tenet.
Ille etiam reliquos flectatq́; iuuetq́; labores,
Quos damus in noſtræ commoda cunq́; ſcholæ.

ANNO vitæ Cicer.	urbis cōditæ.	HISTORIA CICERONIS.
1	648	*Natus eſt Cicero die 3. Ianuarij.*
18	665	Cicero Iuris ciuilis ſtudio operam dat.
19	666	Cicero Philonem Academicum audit.
20	667	Cicero Moloni Rodio operam dat.
21	668	Cicero Diodorum ſtoicum in Dialecticis audit.
26	673	Cicero Quintium defendit coram Aquilo Gallo Iudice. Et eodem anno habita eſt à Cicerone Oratio pro Sex: Roſcio.
28	675	Cicero Athenis ſex menſes apud Antiochum Academicum Philoſophiæ operam dat, Deinde totam Aſiam peragrat.
29	676	Cicero tota Aſia Minore, & Rhodo peragrata, Romam redijt.
32	679	Cicero fit Quæſtor.
33	680	Cicero Prætor Siciliæ.
37	684	Actiones in Verrem à Cicerone habitæ.
38	685	Cicero Ædilis Curulis.

40 Ci-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

40	687	Cicero prætor Vrbanus Orationem pro Lege Manilia habuit.
43	690	Cicero ſcribit Epiſtolas ad Atticum.
44	691	Cicero eſt Conſul, & habuit Orationes de Lege Agraria. Item in 2. Catilinam pro Murena & alias, detectaq; eſt coniuratio Catilinæ.
49	696	Cicero in exilium pulſus.
50	697	P. Cornel. Lentulus Ciceronem reuocauit.
51	698	Cicero ſcribit Epiſtolas ad Lentulum Proconſulem Ciliciæ.
54	701	Cicero ſcribit Epiſtolas ad Curionem lib. 2. Et Clodius à Milone interfectus eſt.
56	703	Cicero in prouinciam Ciliciam profectus eſt Menſe Iunio.
58	570	Cicero pridie Nonas Ianuarij Romam rediјt.
59	706	Prælium Pharſalicum quo tempore Cicero Dirrachij fuit.
61	708	Oratio pro Marco Marcello habita. Hoc etiam anno cœpit Cicero ſcribere de claris Oratoribus, & Oratorem, & Philoſophicos libros de Finibus. Academicas,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

micas, Tuſculanas quæſtiones, de natura Deorum.

63 710 *Cicero ſcribit libros de Diuinatio- ne & Fato. Et nauigaturus in Græciam ad Filium aduerſo vento in Italiam reijcitur. In e- itinere ſcripſit Topica ad Tre- batium. Et reuerſus, tres libros de Officijs ad Filium Athenis viuentem miſit.*

64 711 *Circa finem huius anni M. Anto- nius, Auguſtus, & Lepidus Triumuiri M. Ciceronem cum alijs quibuſdam proſcripſe- runt.*

65 712 *Cicero cum compleuiſſet annum æ- tatis 64. initio huius anni per Popilium iuſſu Antonij, inter- fectus eſt, caput & manus am- putatæ pro roſtris affixæ ſunt, cum prius Fuluia vxor Anto- nij linguam ex interfecti capi- te extractam, aciculis pupugiſ- ſet.*

Gratia pro meritis ſtudijsq; fidelibus illa
O ſcelus infandum, reddita Marce tibi eſt.
Non aliam mundus mercedem ſoluere nouit,
Tu tamen interea fac tua, quæ tua ſunt.

Euen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Euentum committe Deo, mala gratia mundi
Nulla virum moueat qui bonus eſſe volet.
Verum cui certæ commiſſa vocatio vitæ eſt,
Hanc cura & ſtudijs vrgeat vſq; ſuis.
Nil vulgi ſenſus & voces curet ineptas,
Quod nil Iudicij, nil rationis habet.
Crede mihi, accipiunt tandem ſua præmia iuſti,
Officij partes qui ſubiêre ſui.
Dij pia facta vident, Dij compenſare labores
Suſceptas vigili ſedulitate ſolent.
Fide Deo, committe Deo te, fortiter illa
Qua poſitus fueris, in ſtatione mane.
Multa vide, dic pauca, pati quam plurima diſce,
Efficiunt magnos hæc tria ſæpè viros.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

mundi
ſe volet
æ eſt,
is.
as,
nia iuſti
bores
ſſa
na diſce
os.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]

1741





Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 120 [48,-112 8°]